qvo [min] paucioribus rationibus moraliter cogentibus secundum regulas iuris aliqvis subiectus: eo magis patet motivis Ethice cogentibus,
10 h. e. qvibus se ipsum potest cogere. (s Je weniger er des Selbstzwanges nöthig hat, ie mehr er sich selbst zwingen kan: desto freyer ist er.)

**6496.** *ζ—λ. Pr 25. Neben und in § 56:*

coactio moralis (g alterius) semper est licita; coactio pragmatica

9 subiectus?? subiectis? || Ethice? Ethica?? || **10f.** *s-Zusatz: φ.*

15 neque tamen hoc significatu involuntaria omnia sunt moraliter coacta, M. §. 723. Ad voluntarium ex significatu M. §. 721 adducto possumus moraliter cogi, §. 52, licet voluntas non possit cogi coactionibus §. 50, enumeratis.

§. 54.

Ad actiones voluntarias ex significatu M. §. 722 adducto nec moralis qui-
20 dem coactio locum habet, M. §. 723, nec interna, §. 51, nec externa, §. 52, locum tamen habet obligatio, §. 15, per paene merum taedium, paene puram voluptatem, vel ingens superpondium, M. §. 713. Involuntariae actiones ex significatu M. §. 722 adducto omnes sunt moraliter coactae, vel interne §. 51, vel externe, vel blande, vel metu, §. 52, M. §. 723, obligatione §. 15, vel vera, vel spuria, §. 27.

25 §. 55.

Non nisi latius et incommode omnis ob[25]ligatio non nunquam dicitur coactio, M. §. 723, 701. Potest esse obligatio sine coactione, etiam morali, §. 54. Potest aliquis se ipsum obligare ita, ut se non cogat, potest se cogere ita, ut tamen liber maneat a coactione externa, etiam secundum quid tali, §. 51. Potest
30 aliquis etiam externe cogi ad certam determinationem liberam secundum quid ita, ut tamen metu coactus apte satis dici nequeat, §. 52. Immo metu etiam cogi moraliter aliquis potest ita, ut actio dicto modo coacta tamen ab ipso non extorqueatur. Coactio moralis et extorsio differunt, ut superius et inferius, latius et angustius. Nec tamen extorsio tollit libertatem simpliciter dictam, sed
35 eam supponit, ut conditionem, sine qua non. M. §. 728.

§. 56.

Quoniam potest aliquis ad aliquid ita obligari, ut alter tamen homo illud

non est licita sub conditione a privata utilitate depromta nec ab utilitate alterius, sed tantum sub conditione morali; conditio haec moralis non esse potest nisi consensus cum voluntate alterius.

coactio moralis est vel interna vel externa, posterior est motivum; obligatio debiti moraliter cogens est ius. 5

([s] coactio moralis distingvitur ab officiis beneplaciti.
necessitatio moralis per arbitrium alterius.
Vis moraliter cogens arbitrii alterius est ius.
Coactio interna arbitrii sensitivi per motiva moralia arbitrii intellectualis.) 10

---

***6497.*** *δ? (η?) κ?? Pr 26. Zwischen § 56 und 57:*

In den Regeln des Rechts stimmt die Privatwillführ eines jeden, wenn sie durchgängig angenommen wird, nur mit sich selbst, in denen der Ethic stimmt die Willkühr dem obiecte nach.

---

***6498.*** *ζ? ξ? Pr 28. Zwischen „Obligantia" und § 60:* 15

Alle Pflichten sind entweder schuldige oder verdienstliche Pflichten
officia — debiti — meriti
Die relation bey den ersten ist schuldigkeit — Recht,
zweyten: Gütigkeit — Bedürfnis.

---

***6 ff.*** *s-Zusatz: κ—φ.* || ***9 f.*** moral: arb: intell. 20
***13*** nur?
***16—19*** *Diese Zeilen stammen möglicherweise erst aus Phase κ—ξ.*

---

extorquere, vel absolute, vel physice, vel moraliter nequeat; potest tamen etiam ita obligari, ut alter homo id, ad quod prior tenetur, absolute, physice, moraliter possit ab eodem extorquere: moraliter possibilis extorsio alteri homini concessa 25 non nunquam est causa impulsiva obligando connexa cum certis determinationibus liberis, non nunquam non est, §. 55. OBLIGATIO ad liberam determinationem aliquam [26] per licitam alteri homini extorsionem est EXTERNA (plena, perfecta), reliquae INTERNAE (minus plenae, imperfectae) sunt OBLIGATIONES. Ergo OBLIGAMUR EXTERNE, si et quatenus DETERMINATIO LIBERA nobis repraesentatur, ut 30 EXTORQUENDA i. e. talis, cuius extorsio est alteri homini moraliter possibilis s. licita. OBLIGAMUR autem INTERNE, si et quatenus determinatio libera, ad quam obligamur, nobis non repraesentatur, ut extorquenda.

§. 57.

Cum causae impulsivae aliae, praeter extorsionem alteri homini licitam, non 35 possint solum plures esse, sed etiam nobiliores, verius, clarius, certius, ardentius

Complexus legum debiti: Jus, meriti: Ethica respectu officiorum erga alios.

vis necessitans prioris est perfecta, qvoniam est absoluta.

vis necessitans posterioris est imperfecta, qvoniam est hypothetica 5 sub conditione praestati officii debiti.

sed actionum bonitas moralis in priori casu est negativa, h. e. minimum morale,

in posteriori casu est affirmativa, plerophoria moralis.

---

10 ***6499.*** *ζ—χ. Pr 28. Neben § 60 Anfang:*

Gesetze entweder dessen, was ist, oder Gesetze einer moglichen Vollkommenheit.

---

*1* respectu? respectum? respectus? || officiorum? officium?

---

cognoscendae, quam haec extorsio: male obligatio externa semper fortior, quam 15 interna, putaretur, §. 56, 17, nunquam esse potest sine interna, §. 49, interna tamen saepius locum habet sine externa, §. 56.

§. 58.

Quando extorsio alteri homini licita ad determinationem aliquam liberam non nisi partialis est causa impulsiva ita, ut obligatio externa inde resultans 20 non sit, nisi partialis, §. 19, 56, cum internis obligationibus aliis, quasi complementum ad totum, obligationem totalem exhibens: haec partim interna, partim externa, tanquam totum, necessario maior est et fortior qua[27]libet sua parte, hinc et externa seorsim considerata, §. 17. M. 160. Quando requiritur in certa persona certi roboris obligatio, tunc quo melius haec interne obligari potest se-25 cundum §. 26, hoc minus necessaria est obligatio externa, quo vero ineptior est ad plures et nobiliores obligationes internas, hoc magis necessaria est externarum inculcatio et cumulus ad obtinendum requisitum obligationis gradum, §. 17.

§. 59.

Sicut obligatio interna non nunquam potest esse fortior, quam externa, 30 potest etiam aliquando externa, in partes tractis internis partialibus aliis, §. 57, 58, maior esse, quam alia tantum interna, §. 17. Quod si tunc ad opposita obligantes collidi videantur, §. 23, quae videtur esse obligatio, sed debilior, nulla est, §. 19, 20. Si vero obligatio externa et interna obstringunt ad eandem determinationem liberam, quaerenda est earundem distinctio, M. §. 67, 515, et 35 conubium s. coniunctio ad dandam unam obligationem totalem fortiorem, §. 58, 40, cavenda confusio et COMMIXTIO, qua uni diversorum tribuitur, quod est alterius, §. 56, et separatio, M. §. 72, totalem obligationem male minuens et debilitans, §. 21, 40.

Die erſte ſind ſubiectiv und phyſiologiſch. Die zweyten obiectiv und practiſch.

---

## [28] CAPUT II.
## OBLIGANTIA.
### SECTIO I.
### LEX.

§. 60.

Normae (leges) enuntiant determinationem rationi conformem, M. §. 83, vel cum libertate propius non connexam, s. non moralem, physicae (naturales) latius dictae, quales leges motus, iura poli astronomica, leges hydrodynamicae, physicae strictius dictae, et quaedam psychologicae, vel moralem, M. §. 723. Hae quia determinationes liberas 1) moraliter necessitant, M. §. 723, 2) cum suis rationibus, i. e. causis impulsivis potioribus connectunt, §. 12. M. 726, obligant, §. 15. M. §. 723, s. sunt propositiones obligatoriae. Cumque propositiones obligatoriae enuntiant determinationem causis impulsivis potioribus conformem, M. §. 80, 342, eamque moralem, §. 24, erunt normae (leges) morales, M. §. 723. Hinc normae (leges) morales definiri possunt per propositiones obligatorias.

[29] §. 61.

Quoniam obligationes sunt vel internae, vel externae, §. 56, normaeque (leges) morales propositiones obligatoriae, §. 60, erunt etiam hae vel internae (minus plenae, imperfectae, suasoriae, consilia) determinationum liberarum, quae et quatenus non sunt extorquendae, vel externae (plenae, perfectae, cogentes) determinationum liberarum, quae et quatenus sunt extorquendae. Cumque robur normae (legis) moralis sit robur obligationis, quam enuntiat, §. 16. M. 180, normae (leges) morales externae non semper fortiores internis sunt, §. 57, cum internis conspirantes semper confirmantur, §. 58, hinc ab iis quidem distinguendae, non autem temere separandae, cum iis coniungendae, non autem confundendae commiscendaeque sunt, §. 59.

§. 62.

Possent quidem propositiones M. §. 83 definitae normae, normae morales regulae, regulae cogentes leges tantum dici: quoniam tamen usus receptus omnes leges nuncupat: primae sint leges latissimae dictae, secundae late dictae, quas in posterum moralia tractaturi simpliciter leges dicemus, tertiae stricte dictae. Est ergo lex stricte dicta lex determinationis [30] liberae, quae et quatenus extorquenda est, §. 56.

§. 63.

Satisfaciens obligationi, quam lex enuntiat, legi satisfacit (legem servat). Quoniam obligationes sunt vel naturales, vel positivae, et hae vel divinae, vel humanae, §. 29, leges autem propositiones obligatoriae, §. 60, sunt hae vel ob-

ligationis naturalis, s. ex natura actionis et agentis sufficienter cognoscendae, NATURALES (obiectivae) vel obligationis positivae, s. rationis ex arbitrio alicuius libero cognoscendae, POSITIVAE (subiectivae, formales, arbitrariae) et hae vel DIVINAE, ex arbitrio dei, vel HUMANAE, ex arbitrio hominis libero sufficienter 5 cognoscendae obligationis.

§. 64.

Jus 1) actionem legi conformem, 2) legem, 3) complexum legum similium, latius dictum, M. §. 472, 4) complexum legum stricte dictarum similium, ius STRICTUM (externum, cogens, plenum, perfectum), 5) facultatem moralem quam- 10 cumque, latius dictum significat, M. §. 971. Haec cum vel concedatur a legibus moralibus internis, APTITUDO MORALIS (αξια, meritum), vel a legibus stricte dictis, §. 62, 6) IUS erit STRICTE DICTUM facultas moralis a legibus stricte dictis concessa. A primo, secundo et quin[31]to significatu in posterum omnino abstinebimus.

§. 65.

15 Jus naturae latissimum leges naturales omnes complectitur, §. 64. M. 472, ex natura et per naturam sufficienter cognoscendas, §. 29, 63, absolute necessarias, physicas, psychologicas quascunque, §. 60, 62, morales internas et externas, §. 61, 62. IUS NATURAE LATIUS DICTUM est complexus legum naturalium moralium. Complexus legum naturalium hominem obligantium est IUS NATURAE LATE DICTUM, 20 quod a nobis moralia tractaturis solum attenditur, §. 62, et leges morales naturales tam internas, quam externas comprehendens commodius philosophia practica obiective spectata dicitur. Pars eius est complexus legum naturalium externarum s. cogentium, IUS NATURAE STRICTE DICTUM (cogens, externum) contradistinctum consiliis, legibus internis et suasoriis, quatenus naturalia sunt, §. 63, 25 per philosophiam practicam etiam exhibendis, §. 1, 61.

§. 66.

Complexus legum positivarum est IUS POSITIVUM, §. 63, 64, tales et internas et externas complexum, LATE DICTUM, solarum externarum, STRICTE DICTUM, §. 65. Utrumque denuo est vel complexus legum positivarum divinarum, DIVINUM, vel 30 humana[32]rum, HUMANUM. Lex tamen et ius positiva, tam divina, quam humana, possunt simul esse naturalia, si et quatenus possunt simul ex natura actionis agentisque cognosci, sicut lex et ius naturalia, possunt etiam positiva esse, tum divina, tum humana, si et quatenus eadem ex arbitrio dei hominumve libero sufficienter cognosci possunt, §. 30, 65.

35 §. 67.

Jus pro facultate morali sumptum, §. 64, est vel NATURALE, a lege naturae, vel POSITIVUM, a lege positiva concessum, a divina, DIVINUM, ab humana, HUMANUM. Hoc etiam significatu ius est vel LATE DICTUM, a legibus vel naturalibus, vel positivis, divinis humanisve, internis etiam concessum, vel STRICTE DICTUM, fa-

cultas moralis a legibus cogentibus, vel naturalibus, vel positivis, iisque vel divinis, vel humanis concessum, §. 64. Nec eodem significatu repugnat, idem ius alicuius naturale, si et quatenus ipsi etiam conceditur a lege positiva, esse simul positivum, divinum, vel humanum, vel utrumque, sicut eodem tandem significatu ius positivum alicuius, si et quatenus ex natura agentis actionisque 5 sufficienter cognosci potest, simul est naturale, §. 30, 66.

§. 68.

Leges affirmative obligantes, s. ad commissionem, §. 31, sunt praeceptivae, (praecepta) earumque ius, §. 64, ius mandati, [33] negative obligantes, s. ad omissionem illiciti, M. §. 723, sunt prohibitivae (prohibitiones), earumque ius, ius vetiti. 10 Prohibitiones et ius vetiti sunt impeditiones morales, §. 60. M. 967. Cumque non impeditio moralis sit moralis permissio late dicta, M. §. 969, nulla lege prohibita sunt tacite permissa, (significatu latiori,) licita, M. §. 723. Sed (permissio stricte dicta) lex permissiva est lex declarans certam actionem non praeceptam quidem, nec tamen impediendam esse, est peculiaris species legis prohibitivae, in favorem 15 alicuius certa forsan acturi obligans alios ad omissionem impeditionis, quae tali determinationi liberae alias obiici posset. actio lege permissiva licita dicitur explicite permissa.

§. 69.

Posito legem aliquam esse naturalem inde non tollitur, quod sit simul 20 positiva, §. 66. Par est ratio iuris, §. 66, 67. Sicut aliquis de certa lege potest ignorare tam eam esse naturalem, quam eam esse positivam: ita et potest de aliquibus utrumque nosse, de aliquibus tantum alterutrum, saltim unum facilius, quam aliud, M. §. 527. In humanis quidem esse potest lex positiva, quae naturalis non est, in divinis etiam, cuius nos nequeamus rationem sufficientem ex 25 actionis agentisque natura cognos[34]cere. Sed quoniam dei voluntas, s. arbitrium liberrimum, M. §. 898, summam scientiam perfectissime sequitur, M. §. 893, omnes eius leges positivae habent simul rationem sufficientem in natura actionis et agentis, s. simul naturales sunt, §. 63. Cumque deus velit omne bonum, M. §. 899, omnes leges naturales, §. 39, sunt et arbitrariae divinae. A lege naturali 30 ad voluntatem dei circa liberas hominum determinationes, et a voluntate dei circa liberas hominum determinationes ad legem naturalem valet consequentia. Nos interim nunc hanc, saepe, nunc illam tantum cognoscimus cum aliqua certitudine, sed ab ignorantia nostra ad negationem rei male concluderemus, §. 38.

§. 70. 35

Propositiones: *committe bonum*, *quantum potes*, §. 39, cum suis consectariis, §. 40, *quaere perfectionem*, pro virili, §. 43, *fac*, *quod factu tibi est optimum*, §. 44, et inde demonstrata, §. 45—48, demonstranda et demonstrabilia, sunt propositiones obligatoriae, §. 15, hinc leges, §. 60, ad quas natura obligat, §. 39, ex ipsa actionum agentiumve natura sufficienter cognoscendae, §. 40, ergo naturales, §. 63. 40

*ζ. Pr 35. Neben und zu § 71 (2. Hälfte):*

Die potestas obligatoria divina gründet sich aufs rechte.

Wenn er seinen nachsten nicht liebet, den er siehet, wie will er Gott lieben ꝛc ꝛc.

5 Wenn man Gott vor der moralitaet erkenen will, so legt man ihm nicht moralische Vollkommenheiten bey. Daher kan religion böse sitten hervorbringen oder sie gesetzlich indeterminirt lassen; die rohe Völker glauben, daß Gott an die Sitten nicht gebunden sey, woran sie sind. sie empfinden ungern den Sittlichen Zwang und glauben, daß Gott davon 10 frey sey.

Nicht alle gute Sittlichkeit ist frömmigkeit. Eine frömmigkeit, die vor der Sittlichkeit anfängt, ist ihr oft entgegen.

---

***6500.*** *ε? η? Pr 35. Unter und zu § 71:*

Der Wille Gottes enthält wohl die größesten motiva obligantia, aber 15 nicht den Grund der form moralischer Gesetze.

---

*2* aufs? auf?? || rechte? recht? || *3f. 1. Joh. 4, 20.* || *9* davon?

---

Nec difficulter tamen de iisdem ostendi potest, quod sint simul positivae divinae, §. 66, 69.

[35] §. 71.

20 Leges naturae, de quibus §. 70, concedendae sunt ab ipsis atheis theoreticis, si, abstrahendo ab ipsorum errore circa exsistentiam divinam, ceterum sanam rationem meditando sequi voluerint, §. 35, 41. Hinc si ius naturae athei asseritur hoc sensu, exsistentiam divinam qui neget, eum tamen de bene multis assertis iuris naturae late dicti, s. potius philosophiae practicae, §. 65, convinci posse, 25 independenter ab eius atheismo aut illis praemissis, quas negat, qua atheus, utique ponendum est. Neque tamen hoc posito admittitur: 1) ius naturae late dictum s. philosophia practica esset, exsisteretve, etiam si non daretur deus, M. §. 824, 2) prorsus est independens a deo, M. §. 868, 3) ex voluntate dei nulla ratione omnino derivari potest, §. 69, 70, 4) aeque bene cognosci potest ab atheo, 30 ac ab agnoscente divinam exsistentiam. Nam ius naturae athei s. philosophia practica, quam in suo errore perseverans cognoscere potest, destituitur ea 1) latitudine et copia, 2) dignitate materiae, 3) veritate, 4) luce, 5) certitudine, 6) vita, cuius capax est ius naturae late dictum s. philosophia practica exsistentiam divinam admittentis, §. 4.

35 [36] §. 72.

Lex obligationis universalis est universalis, particularis, particularis. Lex autem naturalis, §. 70, non omni solum significatu inter homines universalis est,

§. 49, sed etiam, ob rationes similes, omnes determinationes liberas omnium personarum determinans, §. 10, 29. Hinc omnium personarum singula facta aut moraliter necessaria sunt, aut illicita, M. §. 724, 940, cum nulla sint absolute, immo ne relative quidem, totaliter indifferentia s. adiaphora, M. §. 654, 935. CAMPUS (sphaera, extensio, latitudo) LEGIS dicitur complexus determinationum liberarum, de quibus ea lex aliquid enuntiat. Hinc legis naturalis, §. 70, campus patentissimus est.

§. 73.

IUS legum universalium complexus, et a legibus universalibus concessum, UNIVERSALE est, complexus legum particularium, et a legibus tantum particularibus concessum, PARTICULARE est. Iam quia leges naturales vel ex humana natura generatim, vel ex natura huius illiusve status hominum speciatim sufficienter cognoscendae semper obligant singulos homines, vel generatim, vel speciatim in peculiari tali statu constitutos, §. 47. sunt ipsae earumque iura universalia, §. 72. Hinc IURA naturalia tam hominibus generatim, quam [37] certis eorum statibus praescribenda, quatenus sine fide sciri possunt, PHILOSOPHICA, quatenus singulos obligant, UNIVERSALIA dicemus.

§. 74.

Cum leges et iura naturalia sint simul positiva divina, §. 69, iam hinc patet, dari etiam leges et iura positiva divina universalia, §. 72, 73. Quoniam deus est universalis spirituum legislator, M. §. 973, liberrimum ipsius arbitrium de hominibus generatim, aut de certis eorum statibus speciatim, singulos obligat, ita, ut inde cognoscendae leges sint denuo, et dent iura divina positiva universalia, §. 72, 73. Si tamen quaestio de iure divino positivo id inferat: 1) an deus aliquando tales leges arbitrarias tulerit, quas homo non possit aliunde, nisi per revelationem stricte dictam cognoscere, totum tamen genus humanum obligaturas, non pertinet ad philosophiam, §. 1. 2) an tales leges divinae positivae universales sint, quae prorsus non habeant rationem sufficientem in natura actionis et agentis, negatur, §. 69. Leges et iura positiva humana, pleraque omni significatu §. 72, 49, saltim aliquo singula non nisi particularia sunt, §. 73.

§. 75.

Cum nihil sit sine ratione sufficienti, M. §. 22, et omnis propositio suam habeat [38] hypothesin, omnis suas PRAEMISSAS, s. principia veritatis, iudicia alia, omnis etiam legis est ratio sufficiens, est quaedam hypothesis, sunt praemissae, et nexus eius ceu conclusionis, cum iisdem, i. e. CONSEQUENTIA, §. 60. Omnis lex considerari potest, ut syllogismi alicuius conclusio, cui sunt principia sua materialia, est formale, quae consequentia cum sit omnis syllogismi anima, nexus legis cum suis praemissis, s. propositionibus veritatis ipsius rationem sufficientem continentibus, est ANIMA LEGIS. Nec hic haerebit, qui rationem sufficientem et legitimam, eam, quae est, et eam, quam quilibet observare potest, distinguere norit, M. §. 548.

***6501.*** *φ. Pr 39. Zu § 76 „leguleius“:*
Litteram Legis Doctus.

***6502.*** *v? Pr 39. Neben § 77 Satz 1 „internis — dictis“:*
Lex principalis et subsidiaria.

---

5 SECTIO II.
## IURIS PERITIA.

§. 76.

Legum potest esse cognitio historica, potest esse philosophica, eaque vel quaecumque ratione certitudinis, §. 28, vel scientia, §. 75. Par est ratio iuris, 10 §. 64. Potest hinc esse IURISPERITIA, cognitio iuris vel historica tantum, vel philosophica, eaque iterum vel qualiscumque respectu certitudinis, vel certa ex certis, IURISSCIENTIA. [39] Historice tantum verba legis qui noverit, iuris tamen peritus videri volet, LEGULEIUS est. Habitus subsumendi facta sub legibus IURISPRUDENTIA est. Iurisperitus et iurisprudens IURECONSULTUS est, ille THEORETICUS, 15 hic PRACTICUS. Si quis ergo potest esse iureconsultus theoreticus, qui non sit practicus, esse tamen non potest practicus, qui non sit theoreticus. Quantum ubique cognitio intuitiva, quam symbolica tantum, philosophica, quam mere historica, scientia, quam incertior, etiam philosophica, M. §. 669, tantum leguleio praestat iurisperitus, iuris historice tantum perito iureconsultus philosophicus, et 20 incerto iuris sciens. Leguleius et iuris historice tantum peritus animam legum et principia iuris ignorant, iurisperitus philosophicus probat, iurissciens demonstrat. Iurisprudentia leguleii nulla est, iuris historice tantum periti precaria, iurisconsulti philosophici certa, iuris scientium certior, §. 75.

§. 77.

25 RATIONES LEGUM in rebus facti quaerendae sunt HISTORICAE, in aliis legibus internis vel primis naturae moralibus sitae, MORALES, quae in legibus aliis stricte dictis, LEGALES sunt. Leges rationum historicarum fide humana cognoscendarum, qua tales, nec sciri, nec demonstrari complete [40] possunt, possunt tamen probari, philosophiceque cognosci. Iuris eiusmodi non datur completa scientia. Male 30 tamen a defectu rationum moralium et legalium supposito concluditur ad defectum rationis in lege, §. 75. Rationes morales solae qualescumque non statim externe obligant, §. 56. 61, hinc male habentur pro ratione sufficiente legis iurisve stricte dictorum, nisi adiiciatur peculiaris ratio, cur conclusio externe obliget, §. 64. M. 22. Rationes legales ex lege, quam talem esse, non nisi hu- 35 mana fide cognoscere possumus, sunt simul historicae, hinc ex iis tantum nec sciri, nec demonstrari complete, probari tamen aliae leges possunt, §. 75.

§. 78.

Iurisperitia naturalis est cognitio iurium naturalium, §. 65, philosophicorum et universalium, §. 73, vel historica tantum, vel philosophica, et haec iterum vel qualiscumque respectu certitudinis, vel certa ex certis, iurisscientia naturalis. Historice tantum verba legum naturalium qui noverit, iuris tamen naturalis peritus videri qui velit, leguleius naturalis est, in iuribus eiusmodi philosophicis, §. 73. 1, non scriptis, se turpius dans, quam forsan in aliis. Iurisprudentia naturalis est habitus subsumendi facta sub legibus naturalibus. Iureconsultus naturalis esse si potest [41] theoreticus, qui non sit practicus, practicus tamen esse non potest, qui non est theoreticus. Quo facilior est ex ipsa natura et per naturam acquirenda, quo utilior est reliquis etiam iuribus soliditatem datura, quo magis necessaria est ob defectum auctoritatis externae legitimae iuris naturalis scientia, hoc maior defectus est in cognitione iurium eiusmodi tantum historica, aut philosophica etiam, tamen incertiore, §. 5. Ab incertitudine leguleii naturalis, etiamsi fuerit iuris positivi et particularis consultus, subiectiva circa leges naturales, ad incertitudinem horum iurium et iurisprudentiae naturalis vel absolute respectu totius generis humani, vel obiective talem non valet consequentia, §. 76.

§. 79.

Sicuti ius naturae vel late, vel stricte dicitur, §. 65 ita est etiam iurisperitia et scientia naturalis late dicta legum naturalium quarumcumque, et stricte dicta, externarum tantum, est iurisprudentia naturalis late dicta habitus subsumendi facta sub legibus naturalibus quibuscumque, sed sub externis tantum, stricte dicta. Neutra iuris naturae scientia potest ullas suas leges demonstrare ex rationibus historicis. Res facti, historiae, consilia prudentium, auctoritates oratorum, poetarum, philosopho[42]rum, revelationis stricte dictae, fictiones, hypotheses philosophicae heic esse non possunt principia demonstrandi, recte tamen referri possunt ad declarationes, ut illustrantia, et ad subsidia heuristica, s. media inveniendi vel in memoriam revocandi quasdam conclusiones deinde aliunde demonstrandas, §. 2. Rationes iuris naturalis stricte dicti morales tum universi, tum legum eius peculiarium attendere bonum est, §. 58, 59, non tamen ex iis temere et promiscue quibuscumque tentanda est horum demonstratio, quatenus sunt iuris naturalis stricte dicti, i. e. externe obligantia, §. 65. Rationes eius legales ex iure positivo essent heic simul historicae, hinc ad demonstrationem aeque inutiles, §. 77.

§. 80.

Philosophia practica, leges et iura naturalia, philosophica, 1) quatenus sunt scientiae, §. 1, 73, cum reliquis scientiis et veritatibus absolute necessariis, habent immutabilitatem absolutam, M. §. 130. 2) hypotheticam etiam, quatenus lex mutari dicitur, quando cessat actu obligare, hinc immutabilis hypothetice, quando obligationem eius cessare est hypothetice impossibile. Iam autem hoc significatu mutari non potest lex, nisi cesset eius obligatio, obligatio autem cessare non

**6503.** *v? ψ? Pr 44. Zu § 82 „Moralitas":*
Moralitaet und legalitaet qvoad motiva.

---

potest, nisi cesset eius ratio sufficiens, M. §. 30, 299. Ratio legis iurium[43]que naturalium et philosophiae practicae in obligationibus est ipsa natura sufficiens, §. 63. Ergo haec iura dicto significatu sub hypothesi durantis naturae sunt immutabilia, M. §. 127, 128. Eodem significatu mutabilitas legum humanarum positivarum a mutabili et vario arbitrio humano pendens cum non cadat in dictas leges et iura naturalia, novam his prae illis conciliat immutabilitatem hypotheticam, dum mutato hominis cuiuscumque arbitrio per id tamen mutari non possunt, §. 65.

§. 81.

Cum leges naturales sint simul positivae divinae, et v. v., §. 69, iam hinc patet tantam legum iuriumque divinorum positivorum esse immutabilitatem, quanta naturalium est, §. 80. Idem inferendum est ex immutabilitate voluntatis divinae, quae est harum legum ratio sufficiens, §. 63. M. 839. Quemadmodum autem ipsae leges naturales, quarum ratio sufficiens est rerum transitoriarum natura, M. §. 299, his suis obiectis mutatis mutari, cessantibus cessare videntur, §. 80: quemadmodum homo etiam volens aliquid certo modo se habere ad tempus tantum finito hoc tempore voluntatem suam mutasse videtur volitionem temporariam et de temporariis confundenti: ita videntur LEGES POSITIVAE DIVINAE INVARIABILES illae tantum, quae in arbitrio divino fun[44]datae sunt, cuius motivum nobis maxime observabile est constantium rerum natura, VARIABILES contra, in arbitrio divino fundatae, cuius motivum nobis maxime observabile est transitoriarum rerum natura. Quae distinctio si perceptionem adhaerentem mutatae voluntatis divinae involvat, M. §. 530, non caret anthropomorphismo subtili, M. §. 848.

§. 82.

Ratio et respectus determinationum nostrarum liberarum ad perfectionem est earundem habitudo ad legem, §. 70, et habitudo earum ad legem, §. 70, est earundem respectus ad perfectionem. Hinc MORALITAS determinationis liberae potest etiam definiri per rationem, respectum s. habitudinem determinationis illius ad legem, ita, ut OBIECTIVA sit ratio determinationis liberae ad legem naturalem, et SUBIECTIVA habitudo determinationis liberae ad legem positivam, §. 36, 63. Iam cum leges naturales sint simul positivae divinae, et v. v., §. 69, ex hac etiam notione moralitatis inferri potest, obiectivam non solum non excludere subiectivam, nec excludi per subiectivam, sed etiam ab obiectiva ad aliquam subiectivam valere consequentiam, §. 37, 38.

***6504.** v. Pr 44. Zu § 83 Anfang:*
obligatio continet formam, officium etiam materiam.

---

***6505.** v. Pr 45. Zu § 83, Satz 5:*
laesio personae violentia | offensio laesio juris.

---

***6506.** ψ? v? Pr 45. § 84 Anfang:* 5
obligatio vel primitiva ex lege morali vel derivativa per arbitrium alterius.

---

***6507.** v. Pr 46. Zu § 85 Anfang:*
Nulla est antinomia nisi legum obligandi non obligantium. Leges obligandi enuntiant obligationem, sed obligantes officium. 10

---

**4** violentia?

---

§. 83.

Obligationi legis satisfaciens legem servat, §. 63. Actio legi conformis est OFFICIUM. [45] Ergo actio legem servantis officium est, et habitus servandi leges est CUSTODIA (observantia) LEGUM. Ergo habitus officiorum est custodia legum. Actio, 15 ad cuius oppositum lex obligat, est TRANSGRESSIO (violatio) LEGIS, oppositum officii, s. LAESIO LATE DICTA. Habitus transgrediendi leges est NEGLECTUS, (contemptus) LEGUM. Hinc officiis erga deum, te ipsum, alia, si quae sunt, oppositae actiones liberae sunt laesiones dei, tui ipsius, aliorum significatu latiori. Haec applicentur ad servare legem, officia, custodiam, laesionem late dictam, 20 transgressionem, neglectum legum naturalium, NATURALIA. Lex §. 70: *committe bonum* cum suis consectariis de committendo, sunt leges naturales praeceptivae, earumque ius ius mandati naturale. Lex §. 70: *omitte malum*, cum suis consectariis de omittendo, sunt leges naturales prohibitivae, earumque ius ius vetiti naturale est, §. 68. 25

§. 84.

LEX NATURALIS ex natura hominis agentis et actionis per alias leges naturales demonstrabilis, DERIVATIVA est, ex natura autem citra concursum aliarum legum naturalium demonstrabilis, est PRIMITIVA. Sic: *praesta bonum*, §. 70, est lex naturalis primitiva, §. 39. LEX autem PERFECTIVA: *bonorum sibi vere oppositorum praesta melius*, §. 40, et prae[46]ceptivae prohibitivaeque ex priori demon- 30 strandae naturales derivativae sunt, §. 83.

§. 85.

Leges morales oppositae colliduntur, M. §. 97, earumque collisio est ANTINOMIA. Cumque contradictio vel sit vera, vel apparens, M. §. 12, antinomiae 35

***6508.*** *ε. Pr 46. Neben § 85, Satz 2:*
legis iuris naturalis saepe vetant, qvod iuris positivi permittunt.
*Ferner ε. Zu § 85, Satz 3:*
qvod est per ius positivum officium bene placiti, saepe per ius
5 naturae est officium debiti.

---

***6509.*** *ε? ξ? Pr 47. Neben § 86 „praeferenda — fortiores et“:*
reluctantia contra motiva [mor] obligantia est vel ipsa moralis vel
pragmatica.
*Ferner υ? Neben § 86, Schlussatz:*
10 Leges sunt vel stricte vel late obligantes.

---

2 positivi? positivae?

---

erunt vel verae, vel apparentes. Ad contradictionem veram requiritur accurate
eiusdem de accurate eodem affirmatio et negatio, M. §. 7, 12. Inter leges ergo,
1) quae non de eodem accurate subiecto loquuntur, 2) quae non eandem accu-
15 rate determinationem moralem de subiecto suo enuntiant, et quidem 3) altera
affirmative, altera negative, ita, ut una sit praeceptiva, altera prohibitiva, §. 68,
non est vera antinomia. Inter leges praeceptivas non est vera antinomia, nisi
una necessario involvat prohibitionem debiti secundum alteram. Inter leges pro-
hibitivas non est vera antinomia, nisi una necessario involvat mandatum vetiti
20 secundum alteram. Inter leges permissivas, praesertim tacite tantum permittentes,
et alias per permissivas licita praecipientes vel prohibentes non est vera anti-
nomia, §. 68. Quoniam autem leges hominem obligantes sunt regulae perfectionis
humanae, §. 82, 70, et collidentium utrique satisfieri non potest, §. 63, 23, orietur
ex earum collisione exceptio moralis, M. §. 97, et tunc LEX, cui satisfaciendum
25 [47] est, VINCERE, opposita, a qua excipiendum est, VICTRICI CEDERE dicitur. Quoniam
tamen obligatio legis cedentis in casu collisionis vere nulla est, §. 23, ab eadem
excipiens eam vere non transgreditur, §. 83, ita, ut peccatum minus ad evi-
tandum maius, patrasse non possit accurate dici, M. §. 788.

§. 86.

30 Cum omnis exceptio a lege morali ponat non consensum determinationis
liberae ad rationem perfectionis determinantem illam, cuius conformitatem cum
determinatione libera lex data enuntiat, M. §. 97, 82, omni exceptione morali
ponitur aliqua imperfectio, M. §. 121. Hinc omnis exceptio moralis est aliquid
mali, M. §. 146. adeoque non, nisi 1) inevitabilis, §. 80, 2) minima praeferenda
35 est maioribus, §. 40. *Exceptiones morales, quae possunt, paucissimae minimaeque
sunto.* Ergo si collidantur leges fortiores et superiores cum debilioribus et iis,
quae sibi subordinandae sunt, exceptio fiat a debilioribus, M. §. 181, 182, et

***6510.** v? Pr 48. Zu § 87, Satz 2 „peregrina“:*
Klugheit.
*Zu § 87, Satz 4 „propaedeutica“:*
theologie.

inferioribus, M. §. 186. si collidatur igitur lex naturalis optimi perfectiva, §. 70, 84, cum quacumque lege vel naturali, vel positiva, ipsi subordinata quae fuerit, vincet illa hanc cedentem, §. 85.

[48] SECTIO III.
## PRINCIPIA IURIS.

§. 87.

Principium alicuius disciplinae obiectivum est propositio, ex qua dogmata ad eam disciplinam pertinentia deduci possunt, subiectivum ea facultas animae, qua ad talem disciplinam cognoscendam in primis utendum est. principia disciplinae obiectiva iterum sunt vel peregrina (externa, communia, illata) quae ad datam disciplinam, ut conclusiones, s. partes in ea demum docendae, non pertinent, vel domestica (interna, propria, innata) quae, ut conclusiones etiam, ad datam disciplinam pertinent, partes eius, in ea demum praecipue docendae. Horum primum est, quod non iterum ex alio domestico deducitur, quod deducitur ex domesticis aliis derivativum est, §. 84. Peregrina denuo sunt vel propaedeutica, (praeliminaria,) quae domestico primo probando adhibentur, vel episodica, quae primo domestico iam sumpto nonnunquam tamen ad deducenda ex eodem alia sunt huic assumenda ex aliis doctrinarum seriebus, ut lemmata. Sola metaphysica habet principium obiectivum absolute primum domesticum, M. §. 1, 7. in reliquis illud est omnibus [49] propaedeuticum, non raro simul cum suis consectariis episodicum. Reliquarum disciplinarum principia domestica sunt omnium non, nisi relative prima, ita, ut haec in scientiis semper supponant propaedeutica. Erunt autem adaequata suae disciplinae principia obiectiva domestica prima, si ex iis nec plures, nec pauciores conclusiones fluunt, quam quae & quatenus ad datam disciplinam, tanquam partes spectant, M. §. 311. Haec applicentur ad principia iuris, philosophiae practicae, iuriumque naturalium & philosophicorum, quatenus spectantur, ut disciplinae, vel scientiae, §. 1, 65.

§. 88.

In quaestione de principiis iuris ne confundantur iura e. g. naturalia & positiva, divina & humana, §. 67, ne principia iuris communia cum propriis, e. c. In quaestione de principio iuris naturae primo 1) ne confundatur obiectivum cum subiectivo, 2) ne externum advocetur, ubi quaestio est de interno & domestico. 3) Si quoddam principium in nostro demonstrandi iuris naturae systemate domesticorum primum est, ne inde inferatur, nullum aliud posse in quibus-

cumque demonstrandi eiusdem seriebus aliis primum etiam recte constitui. Nam quod in certa demonstrationum serie domesticorum pri[50]mum est, posset forsitan paullisper inflexa ratiociniorum concatenatione ex alio domestico principio deduci, & hoc deinde non nisi ex propaedeuticis, 4) ne domesticum primum confundatur 5 cum PRECARIO s. demonstrativo prorsus non probato. Quod illis dictum est, qui principiis, licet intelligantur termini, nondum tamen complete certis, tanquam prima, gratis sumptis, ulterioris omnino probationis incurii tamen integram scientiam superstruere securi satagunt. Etiamsi assertum aliquod sit principium iuris naturae, domesticorum scilicet, primum, propaedeuticis tamen externis & 10 communibus principiis aliis nihilo minus eius probatio ad principium usque contradictionis ascendat. 5) Adaequato principio iuris naturae primo domestico non excluduntur episodica principia, sed domestica tantum, quae ex eo non fluerent. 6) Multo minus eodem excluduntur principia formalia, logices asserta certitudinem formae & consequentiae demonstrationibus iuris naturae concili-15 antia, §. 87.

§. 89.

Cum iuris naturae terminus significationes diversae extensionis admittat, §. 65, cavendum 7) ne disputetur de primo principio iuris naturae domestico adaequato ante, quam inter dissentientes convenerit, [51] an vocabulum in eadem 20 latitudine intellectum velint, quia necessario e. g. adaequatum iuri naturae late dicto abundans esse debet et nimis latum respectu iuris naturae stricte dicti, et huic iterum adaequatum nimis angustum esse debet iuri naturae late dicto, §. 88, etiamsi 8) negandum non sit constitutionem electionemve eiusmodi principii primi, uti in disciplinis aliis, sic etiam in iure naturae eo significatu ARBITRARIUM 25 aliquid esse, quo ita dicitur legibus certis e. g. externis aut generalioribus, non determinatum, §. 62: sicuti tamen definitiones nominales ideo, quia arbitrariae sunt, non relinquuntur ARBITRIO CAECO, quod contra rationem appetat, nec possit dicere, quare, sed PRUDENTI, cognitionem optimi, quam potest, optimam sequenti: ita etiam, si exhibentur plura principia disciplinae cuiusvis et iuris naturae, 30 quorum unum possis primum constituere pro lubitu, cato pro lubitu praeferendum est reliquis melius. §. 70.

§. 90.

Si datur optio inter plura principia, ex quibus in certa disciplina, e. g. philosophia practica, vel iure naturae unum primum constituendum sit, prudenti 35 arbitrio, §. 89, reliquis praefertur, 1) quod commodum est totius disciplinae, de qua quaeritur, e. g. philosophiae practicae, [52] vel iuris naturae campo omni facilius oculis quasi subiiciendo, §. 72, 2) dignam et nobilem disciplinae illius, e. g. philosophiae practicae, et iuris naturae faciem adspectui statim in ipso limine subiiciat, 3) non verum solum sit, sed etiam satis exactum, et purum falsis con-40 ceptibus adhaerentibus, et amphiboliis deceptricibus, 4) non absolute solum clarum et perspicuum, vividum et distinctum etiam, fieri possit, sed etiam relative iam sit, aut fieri facile possit iis, qui hanc disciplinam, e. g. philosophiam

***6511.*** *ε? κ? Pr 54. Zum Anfang des Schlusssatzes von § 92:*
Lex iuris prohibitiva.
*Ferner:*
Man kan einen andern laediren, d. i. seinen Rechten Abbruch thun, materialiter, ohne formaliter ungerecht zu seyn. 5
Die Strafe geht nur auf das materiale Unrecht.

---

practicam et ius naturae docendi sunt, mediocriter saltim, quantum in ipsis est, praeparatis, 5) non certum solum sit in se, aut persuasione quacumque pro tali habeatur, sed etiam, scientiae si fuerit, complete certum, et quidem, probatione indigens, ex iis demonstrandum, quae in scientia tali recte possunt sumi prin- 10 cipia propaedeutica. Hinc philosophiae practicae, et iuris naturae, quod pars philosophiae est, principium primum esse debet sine fide demonstrabile, §. 1, 6) generatim sit maxime PRAGMATICUM i. e. fecundum inde deducendis corollariis practicis, s. PORISMATIBUS, et speciatim, si principium quaeratur disciplinae prac- ticae, e. g. philosophiae, et iuri naturae, quod plures maioresque causas impul- 15 sivas exhibeat ad ea, quae po[53]scit disciplina, cuius principium constituendum est, §. 87. M. 669.

§. 91.

Sicut ex contrapositis §. 87—90 bene multa sic dicta principia prima iuris naturae patebunt incommoda: poterit ex iisdem, ut principium obiectivum do- 20 mesticum primum iuris naturae late dicti, s. totius philosophiae practicae, §. 65. non male constitutum defendi: *praesta bonum s. quaere perfectionem, quantum potes*, §. 39, 43, cui adaequatum erit: *praesta bonum, sine fide certo cognoscendum, quantum potes*, §. 1. 87. Ergo iuris naturae stricte dicti idem principium adaequatum constitui non potest, §. 89, 65. Est illud quidem lex naturae primitiva, nec 25 tamen ideo citra omnem probationem ulteriorem sumenda, sunt tunc reliquae deri- vativae, neque tamen ideo negandum est, earum nullam umquam posse spectari, ut primitivam, §. 84, 88.

§. 92.

OFFICIA vel spectantur, ut legibus internis conformia, vel ut externis, §. 83, 30 61. Illa sunt INTERNA (late dicta, imperfecta, commoditatis, amoris, minus plena), haec EXTERNA (perfecta, necessitatis, iuris, plena, stricte dicta). Ergo LAESIONES etiam spectabuntur vel ut officiis internis oppositae, INTERNAE (late dictae, im- perfectae, amoris, minus plenae), vel ut officiis necessitatis oppositae, EXTERNAE [54] (stricte dictae, perfectae, iuris, plenae), §. 83, quae in iure stricte et simpliciter 35 dicto, §. 64, laesiones simpliciter dicuntur. Cumque totum ius naturae stricte dictum complectatur leges stricte dictas, et officia externa, §. 65, omne deduci poterit ex principio: *neminem laedas* (externe), quod primum domesticum obiec- tivum principium erit iuris naturae stricte dicti, §. 87, adaequatum eidem, ut

***6512.** ε. Pr 55. Zu § 93:*

Suum est vel logice vel pragmatice vel practice tale; posterius est vel pragmatice vel moraliter tale. prius est utile per arbitrium liberum alicuius modificabile, posterius secundum leges arbitrii communis.

5 [utile per arbitrium]

res nullius pragmatice — —

res alicuius pragmatice non potest esse res nullius moraliter.

*Zum Anfang des Schlussatzes von § 93:*

Lex iuris praeceptiva.

---

10 *2 Ist statt des ersten* pragmatice *vielleicht* physice *zu lesen?*

---

scientiae, si ita restringatur: *omitte laesiones sine fide certo cognoscendas*, §. 87, 76. Interim propositio: *neminem laedas* (vel interne, vel externe), ultra ius stricte dictum, ergo et ius naturae stricte dictum, se extendens potest in primis totius philosophiae practicae principiis numerari, §. 91, 83.

15 §. 93.

Suum alicuius (meum, tuum) est complexus ipsi bonorum. Haec ipsi vel conveniunt per leges internas, vel per leges externas etiam, §. 61, 43. Illorum complexus est suum morale (late dictum, interne debitum), horum complexus est suum iuris (externe debitum, stricte dictum), quod in iure, hinc et iure naturae 20 stricte dicto, suum simpliciter dicitur, §. 64, 65. Utrumque alicui tribuitur 1) negative, si non tollatur, non impediatur ille, cuius suum est, in usu eiusdem, M. §. 338, 339. 2) positive, si usus eiusdem promovetur, s. facilior redditur iuvando, M. §. 321. Suum [55] iuris alteri homini, ne negative quidem, tribuens eum externe laedit, et alterum hominem externe laedens illi suum iuris, ne ne- 25 gative quidem, tribuit. Hinc propositio: *suum* (iuris) *cuique* (homini, negative saltim,) *tribue*, potest constitui primum iuris naturae stricte dicti principium, quod adaequatum huic scientiae fiet, si restringatur: *suum* (iuris) *certo sine fide cognoscendum cuique* (homini negative saltim) *tribue*. §. 92. Interim propositio: *suum* (qualecunque, interne etiam tantum debitum) *cuique* (non solum homini) 30 *tribue* (non negative solum, sed etiam positive, et quomodocunque) vage et latius intellectis terminis, ultra ius, hinc et ius naturae, stricte dictum se extendens potest in primis totius philosophiae practicae principiis numerari, §. 91, 87.

§. 94.

Custodia legum, quatenus honoranda est, §. 82, M. 942, honestas dicitur. 35 Iam autem custodia legum, vel est externarum tantum, vel etiam internarum, §. 83, 61: erit hinc honoranda custodia legum externarum, honestas externa, internarum etiam, interna. Neminem (externe) laedens, & suum (iuris) cuique

(homini, negative saltim) tribuens (externe) honestus est, s. honeste vivit, et (externe) honestus s. honeste vivens neminem (externe) lae[56]dit, suumque (iuris) cuique (homini, negative saltim) tribuit, §. 92, 93. Hinc propositio: (externe) *honeste vive*, potest constitui primum iuris naturae stricte dicti principium, quod adaequatum erit huic scientiae, si restringatur: (externam) *honestatem certo sine fide cognoscendam cole*, §. 92. Interim propositio: *honeste* (tam interne, quam externe) *vive*, ultra ius, hinc et ius naturae, stricte dictum se extendens potest in primis totius philosophiae practicae principiis numerari, §. 87, 91. Cum iuris naturae stricte dicti scientia sit pars philosophiae practicae, §. 76. 1, primum illius principium domesticum, §. 92, 93, recte deducitur ex huius principio domestico primo, §. 91, in eo rationes morales habens, modo adiiciatur peculiaris ratio, cur illud: *neminem* (externe) *laede* e. c. externe obliget, §. 92, 77. Ex rationibus legalibus iurium positivorum vel ipsum, vel eius consectaria, non magis quam ex historicis, demonstrari possunt, §. 79. Etiamsi haec, consectaria principii de nemine (externe) laedendo, multis viis demonstrari possint, ut consilia ex principio totius philosophiae practicae primo, independenter a principio vitandae laesionis (externae), §. 91, nec tales demonstrationes omnino negligendae sint, §. 79, tamen huius principii de cavenda laesione (externa) semel demonstra[57]ta obligatione externa, eoque constituto, ut primum iuris naturae stricte dicti, §. 92, in singulis legibus ad ius naturae stricte dictum referendis, ad hoc, tamquam rationem legalem daturum provocandum est, §. 77, obligationem illarum externam, uti postulat ius stricte dictum, §. 64, demonstraturo, §. 79.

### §. 95.

Ius naturae late dictum, s. philosophia practica obiective spectata campi patentissimi universalissima, §. 72, si subiective spectatur, quatenus ab hoc vel illo subiecto, hoc vel illo homine perspicitur, abit in TERRITORIUM I. N. LATIUS DICTI COGNITUM, eam eius partem, quae a dato subiecto, (dato homine, vel etiam toto genere humano,) clare perspicitur, et INCOGNITUM, eam eiusdem partem, quam datum subiectum clare non perspicit. Territorium I. N. latius dicti s. philosophiae practicae subiective spectatae cognitum iterum est vel RATIONIS, ea huius pars, quam datum subiectum distincte philosophiceque cognoscit, et ANALOGI RATIONIS, quod et hic experientiam (latius sumptam) aliqui nominant, pars iuris naturae latius dicti, quam datum subiectum clare quidem, sed non nisi sensitive cognoscit. Territorium tandem rationis vel est SCIENTIAE (stricte dictae), ea pars I. N. supra dicti, de qua datum subiectum [58] complete convictum est, et RATIONALIS PROBABILITATIS (certitudinis moralis), ea pars I. N. supra dicti, quae dato subiecto, e. g. homini certo distincte quidem, sed sine completa convictione cognita est, ita tamen, ut plus rationis ad assensum intelligat, quam contra, §. 28.

### §. 96.

A latitudine, et ubertate, campo et sphaera iuris naturae philosophiaeque practicae obiective spectatae ad latitudinem territorii cogniti cuicumque pro-

miscue subiecto e. g. toti hominum generi male, ad latitudinem territorii, quod rationis est in dato subiecto, peius, tandem ad latitudinem territorii, quod scientiae est in dato subiecto, pessime concluderetur. Ideo, quod iuris naturae lex quaedam non pertinet ad territorium dato homini, vel omni hominum generi 5 cognitum, male, ideo, quod ad territorium rationis vel certi hominis, vel omnis generis humani non pertinet, peius, ideo, quod ad dictorum territorium scientiae non pertinet, pessime concluderetur eam prorsus non esse iuris naturalis, §. 95.

§. 97.

Iuris naturae subiective spectati sunt, quantum eius fieri potest, proferendi 10 limites territorii cogniti in incognitum, limites territorii, quod rationis est, in territorium analogi eius, territorii, quod est rationa[59]lis probabilitatis, limites in territorium scientiae, §. 76. M. §. 669. Cum uni possit esse clarum, quod alteri obscurum, uni distinctum, quod alteri confusum, uni complete certum, quod alteri incertum, et v. v., immo eidem subiecto idem nunc obscurum, nunc clarum, nunc 15 confusum, nunc distinctum, nunc incertum, nunc certum: salva admodum magna iuris naturae obiective spectati immutabilitate, §. 80, admodum magna est eiusdem subiective spectati variatio et in diversis subiectis et in eodem diverso tempore, hinc et mutabilitas, augmentum, decrementum, M. §. 162. Hinc a perfectione vel imperfectione iuris naturae in dato subiecto spectati ad eiusdem 20 perfectionem vel imperfectionem in aliis subiectis, non, nisi admodum cauta, valet consequentia, §. 95, 96.

§. 98.

Ius completum dicitur, quod ad omnes controversias circa moralitatem factorum (vel simpliciter omnium, vel certi generis) decidendas sufficit. Licet ergo 25 ius naturae late dictum, s. philosophia practica, quia sufficit ad omnes controversias circa factorum quorumcumque moralitatem decidendas, §. 70, 82, completissimum ius dici possit: non tamen ideo statim affirmare licet idem de iure naturae subiective spectato, vel huius illiusve hominis, vel totius etiam ge[60]neris humani, nec de omni quidem eius territorio cognito, multo minus de territorio 30 rationis, et minime de territorio scientiae, §. 95. Hinc salva summa completione iuris naturae late dicti philosophiaeque practicae obiective spectatorum, nihilo tamen setius esse potest iuris huius naturalis subiective spectati supplementum, vel complementum ad ius perfectionis humanae internum, s. complexum legum perfectionis in hominibus internarum e. g. ius positivum divinum, theologia mo- 35 ralis revelata, et supplementum vel complementum ad ius perfectionis humanae externum, e. g. ius positivum particulare et humanum, illud felicitatem internam legibus internis obtinendam complens, hoc felicitatem externam, legibus externis obtinendam, §. 96, 61. Quoque angustius, quo imperfectius cetera ius est naturale subiective spectatum alicubi, hoc patentiora, hoc magis ibi necessaria haec 40 complementa erunt, qua talia, §. 95. M. §. 155.

***6513.*** *δ? κ? Pr 61. Unter und zu § 100:*

Necessitans universaliter secundum legem aliqvam hanc legem fert. Edictum.

Sancit legem, non creat obligationem, sed imponit.

---

§. 99. 5

Principium iuris naturalis late dicti subiectivum est, per territorium rationis, ratio, per territorium analogi rationis, huius analogon, quod et hic aliqui vocant experientiam, §. 87, 95, et quoniam iura naturae praestat confusius nosse, quam omnino ignorare, hinc et apud alios docendos, qui [61] ea in dicionem rationis et scientiae vel non possunt, vel non volunt admittere, territorio analogi 10 rationis potius inferre, quam in incognito omnino relinquere, §. 97, duplex hic suadendum est conubium rationis et eiusdem analogi, M. §. 640, 1) quo post tot iura naturae, quot possumus, scientia rationalique probabilitate cognita, non tamen negligamus alia sensitive potius apprehendere, quam omnino ignorare, 2) quo eadem, quae scimus, vel ratione saltim probabili intelligimus, possimus 15 etiam aesthetice pingere scientiae severiorisque propationis incapacibus, M. §. 533. Hinc novus usus subsidiorum ad ius naturae pertinentium, praeter inventionem scientiae, §. 79, licet exsulent ex territorio scientiae iurium naturalium eo tantum manuducentia, §. 76, 95.

SECTIO IIII. 20

## LEGISLATOR.

§. 100.

Auctor obligationis, quam lex enuntiat, eam LEGEM FERRE dicitur, et qui ius habet leges ferendi, LEGISLATOR LATE DICTUS, eiusque legis, quam tulit, legislator est. Iam Deus est auctor naturae universae, M. §. 940, 466, et omnium 25 inde eve[62]nientium realium, M. §. 959, obligationes autem naturales sunt reale quid et positivum, §. 12. M. 36, et in eadem rationem sufficientem habent, §. 39. Ergo deus est auctor obligationum, adeoque et legum naturalium, M. §. 940, 317. Ad quas ferendas cum summum ius habeat, M. §. 972, legum naturalium totiusque iuris naturae late dicti legislator est. OBLIGATIO, IUS, et LEX DIVINA sunt, 30 quae Deum auctorem & legislatorem habent. Ergo ius naturae et singulae leges obligationesque naturales divina sunt, licet ab obiecto personali s. obligandis humana simul dici possint, cognoscunturque per revelationem divinam naturalem, M. §. 986, eatenus naturalia. Si vel simul per revelationem strictius dictam, M. §. 986, vel omnino per strictissime dictam, M. §. 989, eatenus sunt positiva 35 divina, §. 63.

§. 101.

Legum positivarum divinitas, quatenus sunt arbitrariae, non est exclusive intelligenda, ac si naturales, etiam qua tales, non essent divinae, §. 100, quan-

quam ex eo, quod omnes leges naturales etiam positivae divinae sunt, nova ratione priorum divinitas elucescit, §. 69. Quam hinc etiam probant, quia ius naturae cum reliquis necessario veris pendet ab intellectu divino, in eodem aeternum, M. §. 868. Sicut de existentia mundi et naturae potest atheus con-
5 [63] vinci independenter ab eius errore, M. §. 999, licet neget auctorem mundi et naturae; sicut generatim cognosci potest effectus alicuius existentia, licet non ignoretur solum, sed etiam negetur existere certa quaedam eius causa efficiens: ita ex negato legislatore iuris naturae divino negandam iuris naturalis existentiam si vellet inferre atheus, non solum praemissa minor, sed etiam consequentia
10 maioris falsa esset, et ipse transmissa minori tamen refutandus, §. 71.

§. 102.

Cum omnes leges naturales sint voluntati divinae conformes ex ea sufficienter cognoscendae, et omnes leges positivae divinae hominibus latae sint ita naturae humanae conformes, ut in eadem etiam rationem sufficientem habeant,
15 §. 69, potest voluntas dei, s. principium: *age ex voluntate divina* in primis iuris naturae late dicti, s. philosophiae practicae principiis numerari, §. 91, collatis §. 88—94. Quoniam omnes actiones, hinc et leges divinae, adeoque naturales etiam leges, §. 100, 101, moraliter sanctissimae liberrimaeque simul sunt moraliter necessariae, M. §. 902, per summam suam sapientiam, sanctitatem, libertatemque
20 moraliter non potest, nec potuisset ob immutabilitatem iuris naturae, §. 81, aliam legem naturalem condere, ac condidit, §. 72. M. 724.

[64] §. 103.

Actio, qua aliquid alteri clare cognitum reddi potest, s. DECLARATIO omnis, aut fit per orationem EXPRESSA, eamque vel dictam, VERBALIS (oralis), vel scrip-
25 tam, LITTERALIS, aut aliis signis sufficientibus, TACITA. Iam aut declaratio omnis a legislatore facta LEGIS obligaturae, PROMULGATIO eius dicitur, et tunc ius naturae per naturam ipsam ab huius auctore promulgatum est, promulgatur, et promulgabitur: aut non, nisi expressa declaratio a legislatore facta legis obligaturae, promulgationis nomine insignitur, & lex naturae, eiusque ius, iam aliis
30 signis sufficientibus declaratae obligationis, et quidem singulis per idem obligandis, promulgatione (expressa), qua talis, non indiget, §. 63.

§. 104.

Inter leges divinas positivas stricte et strictissime revelatas et iure naturae naturaliter revelatas non est antinomia vera, §. 85. M. 991. Apparente itaque
35 tali collisione attendendum est, 1) an sit vere lex naturae, et exacte quidem, M. §. 515, quae talis videtur, neque tamen minus, 2) an sit vere revelata per orationem, quae stricte revelata videtur, M. §. 986, et hic iterum quaerendum, a) an voces et verba legis, quae videntur, sint vere revelata, b) si lex, de qua quaeritur, expresse et explicite, §. 103, vocibus [65] et verbis legis supponatur signi-

***6514.*** *δ? Pr 67. Zu § 106, Satz 1:*
praemium est vel physicum vel morale.

---

ficari, an sit verus vocum verborumque sensus, qui supponitur, ubi hermeneutica opus erit, M. §. 349, c) si lex, de qua quaeritur, supponatur IMPLICITE REVELATA, i. e. ex vero et legitimo vocum stricte revelatarum sensu legitimam per consequentiam derivanda, praeter sensus examen hermeneuticum inquiri debet, an vera sit supposita consequentia, quod logica docebit, an non assumptae sint ad ea, quae expresse continentur in vocibus, praemissae aliae, de quarum veritate adhuc peculiariter dispiciendum erit, 3) an de iisdem accurate subiectis, e. g. in eodem statu spectatis, ambae leges loquantur, 4) an accurate eandem determinationem liberam, qua gradus etiam, altera praecipiat, altera vetet, 5) an non praeceptis utriusque, 6) an non prohibitioni utriusque satisfieri possit, e. g. diverso tempore, et praesertim 7) an non ex ignorantia subiecti, qua aliquid iure naturae mandatum prohibitumve esse vel non convictum est, vel ratione sua non perspicit, vel omnino nescit, §. 96, ad negationem rei concludatur, scilicet talem determinationem liberam aut iure naturae non prohibitam, immo potius permissam esse, aut non mandatam, et deinde lex naturae male visa permittere contradicens prohibenti stricte revelatae, et [66] lex naturae male visa non mandare contradicens mandanti stricte revelatae, per compagem praeiudiciorum, statuatur. §. 85.

§. 105.

LEGISLATOR STRICTE DICTUS est homo, qui ius habet aliis hominibus ferendi leges stricte dictas, respectu legum, respectu hominum obligandorum idem est (imperans, dominus) SUPERIOR STRICTE DICTUS, cum LATE superior sit omnis honoratior. Homo, cui est superior stricte dictus, est respectu eius INFERIOR STRICTE DICTUS (subiectus, subditus, servus) cum LATE inferior sit minus honoratus. IUS et PRUDENTIA legislatoris, qua talis sunt NOMOTHETICA. LEGESque stricte dictae secundum regulas nomotheticas latae OCULATAE sunt, contra easdem latae, CAECAE. Ius superioris in inferiorem (stricte) est IMPERIUM (superioritas, dominium), obligatio perfecta inferioris erga superiorem est SUBIECTIO (servitus, inferioritas). Servitutis dantur gradus, §. 17. Tantum subiectus alteri homini, quantum homo homini potest, est MANCIPIUM.

## SECTIO V.
## PRAEMIA.

§. 106.

Praemia cum sint bona physica, M. §. 907, bona autem physica late dicta sint [67] iterum vel physica stricte dicta, vel moralia, M. §. 787, bona etiam moralia possunt esse aliorum praemia. Sunt quidem praemia rationata bonorum moralium, et consectaria, hinc natura prius iisdem est bonum morale, ob quod bene

***6515.*** *ε? ζ? ξ? Pr 67. Neben § 106, Satz 1:*
praemium gratuitum est, qvod non respondet merito, ergo etiam actioni rectae tantum.

***6516.*** *ε? ζ? ξ? Pr 67. Neben § 106, Satz 2:*
5 Praemium propositum ad actiones debiti est praemium benevolentiae, ad actiones beneplaciti est praemium prudentiae.

***6517.*** *ε? ζ? ξ? Pr 67. Neben § 106, Satz 3:*
Meritum est vel meritum Ethicum vel meritum juris. Actio obligati conformiter [praemio] merito Ethico est gratitudo, juris, est merces.
10 Meritum Ethicum est actio debiti, [qvatenus in eam cadunt prae] qvatenus alterum non obligat ad remunerandum.
Meritum Juris est, qvae alterum ad remunerandum obligat.

***6518.*** *ζ? ξ? Pr 67. Neben § 106, Satz 2, über Rfl. 6517:*
Meritum ist eigentlich eine Handlung, wodurch ich mehr Gutes thue,
15 als ich schuldig bin. In den Augen Gottes sind vieles merita *unvollendet?*

***6519.*** *δ? κ? Pr 67. Neben § 107 Anfang:*
Eine handlung ist ein meritum, wodurch ich mehr thue, als ich verbindlich war; denn wenn ich gerade nur so viel thue, so war die handlung schon ohne dem praemio nothwendig.

20 ***8*** Ethicum? Ethicae? || ***10*** *Von* Meritum Ethicum *ab möglicherweise späterer Zusatz.* || ***12*** *Vor* qvae *ist zu ergänzen:* actio.

agenti conferuntur, M. §. 907, quatenus tamen bona moralia quaedam praevidentur, eatenus ob haec praevisa possunt etiam ante, quam haec exsistant, tempore priora conferri et ut ita dicam praenumerari quaedam praemia, M.
25 §. 300. Bonum, quod rationem praemii recipiendi continet, est MERITUM LATE DICTUM (significatu activo, cum passivo ipsum praemium sit meritum). Ergo sola moralia possunt esse merita, M. §. 907, nulla bona metaphysica, M. §. 147, nulla physica stricte dicta, M. §. 787, nulla fortuita, qua talia, s. bona fortunae, M. §. 912, sunt merita. Prosperitas non est meritum, M. §. 787, sicut bonum meta-
30 physicum non est praemium, M. §. 147, 907.

§. 107.

Beneficium ab homine in homines collatum, ea praestans, ad quae bene faciens non erat externe obligatus, est MERITUM STRICTE DICTUM (actio meritoria). Quicquid ergo 1) non est determinatio libera, M. §. 903, aut 2) non bona, aut

Daher kan ich gegen Gott kein meritum, auch nicht einmal pragmaticum haben, weil die praemia bey ihm gratuita seyn und ich ohne das schon so zu handeln schuldig bin.

---

***6520.*** *δ? κ? Pr 68. Zu § 107, vorletzter Satz:*

Merces ist praemium, qvatenus est motivum actionis, ad qvam alias obligatus non eram. 5

---

***6521.*** *ζ. Pr 68. Neben § 107 Schluss, § 108 Anfang:*

praemium actionis pragmaticae ante illam promulgatur. actionis moralis potest post illam conferri. actiones moraliter indifferentes non necessitantur nisi pragmatice, actiones [moralit] pragmatice indifferentes 10 vel malae non necessitantur nisi moraliter.

Actio moraliter pura motivis moralibus non habet admista pragmatica. Sed tales in hominem non cadunt; ideo Deus praemiis gratuitis motivis moralibus complementum dedit ad sufficientiam.

---

***3*** schon so zu? || schuldig? 15
***11*** malae? male? *sc. pragmatice malae = schädlich.*

---

3) non illi utilior, respectu cuius meritum esse sup[68]ponitur, aut 4) non ex amore erga illum, sed ex aliis rationibus suscepta, aut 5) ea tantum praestans, ad quae peragens externe obligatus fuerat, non est meritum stricte dictum. Meritum stricte dictum, ad cuius praemium ille, de quo bene meretur, externe obligatur, 20 est MERITUM STRICTIUS DICTUM, meritique strictius dicti praemium MERCES est. Libere suscipiens aliquid vel intuitu mercedis, vel intuitu mercedis tantum MERCENNARIUS est.

§. 108.

Cui determinationibus nostris quibuscumque non possumus utiles, multo 25 minus utiliores esse, in eum merita stricte dicta, quique non potest externe obligari ad praemia cuiquam conferenda, in eum merita strictius dicta locum non habent, nec ab eo merces exspectari potest, hinc in eum animus mercennarius, saltim moraliter, impossibilis est, §. 107. Qui tamen actionem intuitu praemii, quod agnoscit GRATUITUM, s. non mercedem, praesertim inter alias causas im- 30 pulsivas, suscipit, animus illi mercennarius ideo tribui non potest, §. 107. Recte potius 1) ex quacumque determinatione libera bona, si vel maxime non solum summum bonitatis rectitudinisque gradum non attigerit, sed etiam bonitatis fuerit modo tantillae, quae hominibus videatur infinite parva, [69] 2) omnis bene agens, si vel maxime peccator sit, M. §. 909. 3) proportionalissima praemia sibi con- 35 ferenda exspectet, M. §. 907.

**6522.** *δ? ϰ? Pr 69. Neben dem vorletzten und letzten Satz von § 109:*

Ob alle gute handlungen willkührlicher Weise belohnt werden?

Ob nichts gutes in der Zukunft zu erfahren stehe, als was wie eine 5 belohnung statt findet?

---

§. 109.

Praemia arbitraria erunt vel divina, vel humana, M. §. 908. Sicut humana, quatenus supernaturalia non sunt, naturalia dici possent, M. §. 469, ita naturalia omnia sunt etiam arbitraria divina, M. §. 911. Quamquam bona fortunae pos- 10 sunt esse praemia divina arbitraria, M. §. 912, an tamen certa eiusmodi bona 1) ob bona moralia praeterita, praesentia, an futura omnino, §. 106, 2) ob quaenam, 3) an certo horum numero proportionatus sit certus bonorum fortunae numerus ex iudicio dei conferentis, determinare nos vetat imperscrutabilitas voluntatis divinae, M. §. 900. Ante, quam ullam bonam determinationem liberam 15 deus transmitteret, aut omnino sine praemio, aut sine proportionalissimo, miraculosa potius largiretur, §. 108. M. §. 913. Quae tamen praemiis naturalibus, et arbitrariis non miraculosis aeque bene et proportionalissime, ornari possunt, ob ea nunquam miraculosa praemia conferet, M. §. 497.

§. 110.

20 Omnis determinatio libera bona habet sua consectaria bona, hinc praemia [70] naturalia, §. 34. M. §. 907, ipsi atheo concedenda, quamvis neget ea esse simul arbitraria divina, §. 109, et quoniam bonum est, quo posito ponitur perfectio, M. §. 100, bona erit, quatenus bona fundit consectaria, s. praemia habet naturalia, ita, ut praemia naturalia actionis per se bonae declarent moralitatem 25 obiectivam, sicut arbitraria subiectivam, §. 36, hinc naturalia obiectivam subiectivamque simul respectu dei, §. 109. Utraque haec praemia cum sint causae impulsivae ad actuandam potius talem determinationem liberam, quam eius oppositum, M. §. 342, ad obligationem aliquid conferent, §. 10, 12, naturalia ad naturalem, arbitraria ad positivam, §. 29. M. 908, hinc naturalia ad naturalem 30 arbitrariamque divinam simul, §. 109, certa ad certam, incerta ad incertam, §. 28, praesertim immortalia, §. 32, immo possunt moraliter cogere, §. 52, ad actiones etiam involuntarias, §. 53, et ipsa officia externa, sed non, quatenus sunt extorquenda, s. ad officia etiam externa, sed non externe obligare possunt, §. 56. M. 728. Hinc tamen male concluditur, ea semper imbecillius obligare, quam 35 extorsio, §. 57, aut obligationibus externis frustra addi, §. 58, cum praestet eorum obligationem cum externis coniungere, quam ab iis separare, §. 59.

***6523.*** *ψ? Pr 71. Im vorletzten Satz von § 111 will Kant das Wort „spondet“ ersetzt wissen durch:* meretur.

---

***6524.*** *ζ—ξ. Pr 74.*

Omnes poenae sunt vel morales vel pragmaticae; morales sunt vindicativae, pragmaticae sunt vel correctivae vel exemplares. 5

Poena vindicativa wird zugefügt, indem man entweder das Unrecht überhaupt oder seine eigene erlittene Beleidigung rächt; zu dem letzten gehört Zorn.

---

[71] §. 111.

Leges possunt obligare per praemia, §. 60, 110, ipsae etiam externae, sed 10 non, qua tales, §. 61, 62, naturales per naturalia et simul arbitraria divina, §. 63. M. 908, positivae per arbitraria, divinae per divina arbitraria, ea etiam, quae simul naturalia, §. 109, bona moralia, §. 106, bona fortunae, et miraculosa, et immortalia, §. 109, 110, humanae per humana, quae si oculatae, §. 105, sint naturales arbitrariaeque divinae simul, per harum simul praemia obligationem 15 suam non male confirmabunt, §. 110, 63. Est ergo iuris naturae late dicti s. philosophiae practicae per praemia bonarum determinationum liberarum naturalia obligare. §. 65, nec illa negligit ius naturae stricte dictum, licet qua tale, per ea non obliget, §. 110. Lex naturae est: *Committe, quod plurima maxima praemia spondet, omitte huius oppositum*, §. 70, 110. Quamquam et haec lex atheo 20 patet, §. 110, quatenus tamen 1) multa praemia, 2) admissorum etiam aliquorum magnitudinem et dignitatem negat ex parte, §. 109, iterum inde defectus non parvus in athei iure naturae s. philosophia practica detegitur, §. 71, 5.

§. 112.

Praemia naturalia et ea, quae certum subiectum pro talibus agnoscit, male, 25 ea, [72] quae datum subiectum, talia esse, ratione sua perspicit, peius, ea, quae idem talia esse certo sciat, pessime confunderentur et coextensa esse supponerentur, §. 96, M. 908. Curandum tamen est, ut plura maiora in dies clarius, rationabilius certiusque perspicias, §. 97. Huius interim cognitionis defectus, praesertim in plurimis obligandorum, admodum ingens iterum philosophiae practicae sup- 30 plementa commendabit, §. 96. et fictiones cum aliis coloribus aestheticopracticis, §. 99. Quamquam praemia naturalia ex contingentis actionis essentia agentisque natura contingenti sufficienter concipienda non possunt esse absolute necessaria, M. §. 468, sunt tamen semel patrata actione physice necessaria, M. §. 469, et quatenus simul sunt arbitraria respectu dei, moraliter necessaria, §. 102. 35 Cumque lex naturae per ea obliget, §. 111, vera revelatio stricte et strictissime dicta vere non potest obligationem per ea tollere, §. 104. Possunt etiam legis-

latores homines stricte dictis etiam in legibus declarare obligationem non solum per praemia arbitraria humana, sed etiam per divina et naturalia, neque tamen eatenus leges eorum erunt stricte dictae, adeoque nec eatenus, quatenus praemiis tantum quibuscumque obligat, ullus homo superior stricte et legislator est.
5 §. 105. 111. IUS [73] et PRUDENTIA determinandorum praemiorum sunt BRABEUTICA.

§. 113.

In observandis praemiis omnibus, speciatim divinis et naturalibus cavendum est a VITIIS SUBREPTIONIS, iudiciis, quibus discursiva habentur pro intuitivis, qualia facili negotio nascerentur ex his PRAEIUDICIIS, s. falsis iudiciis per praecipitantiam
10 latis: 1) Cuius ego non experior praemia, illud nulla habet habebitve, aut omnino nulla habere potest, 2) quod in multis convenit cum bono, quod alias fuit praemium, vel est, illud est, et certo quidem, praemium, 3) quod succedit alicui liberae determinationi bonum physicum visum, est prioris praemium ita, ut ex huius eventu et exitu ad illius bonitatem valeat consequentia, M. §. 548.

15 §. 114.

Ex determinationis alicuius liberae materiali remoto et realibus ac positivis in materiali proximo non sequuntur, nisi bona, et ea quidem semper, §. 32. M. 914, et possunt haec esse partim ex sola iam determinationis illius essentia agentisque natura conceptibilia, possunt esse bona fortunae, possunt cum tali deter-
20 minatione non nisi per alterius arbitrium connexa esse, M. §. 912, potest eorundem repraesentatio fieri causa impulsiva ad obligationem, §. 15. M. 728. [74] Quod si tamen actionis determinationisve liberae illius formale tam malum sit, M. §. 914, ut ad illam omittendam causae potiores sint, §. 12, 40, obligatio per memorata bona consectaria reapse nulla erit, §. 42, nec talis determinatio libera commissa
25 bonum morale, §. 40, adeoque consectaria eius, etiamsi bona, non tamen collata ob bonum morale, nec hinc praemia, M. §. 907.

## SECTIO VI.
## POENAE.

§. 115.

30 Mala metaphysica personae non possunt accurate eius poenae dici, M. §. 146, 908, peccata tamen possunt esse aliorum peccatorum poenae. Natura malum morale semper prius est, quam poena, non necessario semper prius est tempore, §. 105. Malum infligendae poenae rationem continens est DEMERITUM. Ergo sola mala moralia, nulla metaphysica, M. §. 146, nulla physica stricte dicta, M. §. 788,
35 nulla infortunia, qua talia, M. §. 912, nulla miseria, qua talis, M. §. 788, poenam merentur, s. sunt demerita.

***6525.*** *ζ—ξ. Pr 75. Neben § 116 Schluss und § 117 Anfang:*

Poenae sunt vel pragmaticae: ne peccetur, vel morales: qvoniam peccatum est. ita et praemia. praemia pragmatica cum motivis moralibus magis consentiunt qvam poenae, qvia, qvatenus sunt gratuita, augent obligationem. 5

---

***6526.*** *ζ—ξ. Pr 75. Zu § 116 „animadversio“:*

vel exemplaris. *Ferner:* Alle Strafen sind entweder warnende Strafen oder rächende; poenae exemplares, wenn sie nicht diesen gemäs seyn, sind politisch.

---

***6527.*** *η—φ. Pr 75. In § 116:* 10

Warnende oder rächende Strafen. (s deterrentes vel vindicativae). Die erste *bricht ab.*

poena est vel exemplaris vel animadversio vel vindicativa.

---

***6528.*** *ζ—ξ. Pr 75. Zwischen § 116 und § 117:*

animadversio (Züchtigung.) oder exemplarische Strafen. 15

Alle Androhung der Strafe beschimpft, und manche beleidigt, weil sie voraussetzt, daß der subjectus ein Gegenstand des Abscheus seyn könne.

---

***6529.*** *η? υ? κ? Pr 75. In § 116:*

Entweder ne peccetur oder qvoniam peccatum est vel ne peccetur ab ipso delinqvente (animadversio) vel ab aliis (poena exemplaris). 20

---

*7* exemplaris? exemplares? || *8* diesen? diesem?
*11* *s Zusatz: Phase ψ.*

---

§. 116.

Poena medicinalis aut dicitur, quae ideo infertur, ut ex eius illatione vel demerenti, vel toti, ad quod pertinet, boni aliquid [75] enascatur maioris, ac est 25 malum poenae, aut animadversio (castigatio) tantum, quae ideo infertur, ut ipse demeritus corrigatur i. e. imperfectiones ipsius tollantur. Haec ultima non accurate negatur esse poena, M. §. 908. Priori significatu sapienter decretae poenae omnes medicinales sunt, non necessario significatu secundo. Non omnis poena sapienter decernenda est tantum animadversio, M. §. 882. 30

***6530.*** *ζ—ξ. Pr 75. Zu § 117 „timor servilis“:*
timor filialis ([s] fürchtet den, den er liebt), der sich schämet, den Unwillen des strafenden sich zuzuziehen.
*Ferner: υ—φ?*
5 Animus mercenarius, indoles servilis.

***6531.*** *ζ? ξ? Pr 75. Neben § 117:*
Die moralität bey den Strafen ist zweyerley: 1. in wie weit ihm das factum imputirt werden könne als mit fleis geschehen. 2. Welches Moralische Gesetz ihm könne imputirt werden. d. i. die Bosheit des 10 Herzens.

***6532.*** *ζ? ξ? Pr 75. Neben § 118:*
Strafen, um der Gerechtigkeit ein Gnüge zu thun, bessern nicht die Gesinnungen, weil sie keine Liebe zum Richter erweken. Wie etwa väterliche Strafen.

15 ***2*** *s-Zusatz: Phase υ? φ?*

---

§. 117.

Aversatio determinationis alicuius liberae ob solas poenas eius praevisas TIMOR SERVILIS est. Quicumque ergo aversatur aliquam determinationem liberam in aliis causis impulsivis ob evitandas poenas, non ideo timoris servilis reus est. 20 Recte potius et vere 1) omnis mali moralis, si vel maxime pravitatis tantum fuerit tantillae, quae hominibus videatur infinite parva, PECCATILLI (peccati philosophici) 2) omnis demeritus, si vel maxime a multis aliorum reatibus innocens sit, M. §. 909, 3) poenas peccato proportionalissimas praevidet, M. §. 910.

§. 118.

25 Poenae arbitrariae sunt vel divinae, vel humanae. Sicut humanae naturales sunt, supernaturalibus si contradistinguantur, naturales etiam respectu dei sunt arbitrariae. Quamquam infortunia possunt esse divinae poenae arbitrariae, an tamen 1) ob certa [76] peccata 2) certae malorum moralium connumerandorum quantitati proportionata sint poena ex iudicio dei inferentis, 3) an animadversiones 30 tantum sint, nec ne, §. 116, temere determinare homines non patitur voluntatis divinae imperscrutabilitas. Miraculosis potius poenis mala moralia persequitur deus, quam nullis, quamdiu tamen naturales et arbitrariae, non supernaturales, sufficiunt proportionate, nunquam aliquis miraculosas dabit, §. 109. M. 910.

§. 119.

35 Omne peccatum habet sua consectaria mala, hinc poenas naturales, ipsi atheo concedendas, quamvis eas neget esse arbitrarias respectu dei, §. 110, et

***6533.*** *δ? υ? Pr 77. Neben § 120 Satz 1:*

Ob man jemand so spät moralisch strafen kan, wenn er schon eine andere moralische Gesinnung angenommen?

---

***6534.*** *ζ? ξ? Pr 77. Neben § 120 Satz 1, über Rfl. 6533:*

de exsecutione poenarum. 5

---

***6535.*** *ζ? ξ? Pr 77. Zu § 120 „sanctio poenalis“:*

sanctio poenalis estne pragmatica an moralis? si moralis, [non extern] restringitur tantum ad officia debiti, non beneplaciti, nisi hic poenas damni sumas.

*Ferner: ζ?* 10

Sanctio est lex archetypa.

---

quoniam malum est, quo posito ponitur imperfectio, M. §. 146, mala erit determinatio libera, quatenus mala fundit consectaria, s. poenas naturales post se trahit, ita, ut hae actionis per se malae declarent moralitatem obiectivam, sicut arbitrariae poenae subiectivam, adeoque naturales obiectivam subiectivamque simul respectu dei. Utraeque cum sint causae impulsivae omittendae potius actionis, quam committendae, conferunt aliquid ad obligationem, naturales ad naturalem, arbitrariae ad arbitrariam, certae ad certam, incertae ad incertam, praesertim immortales, §. 110. Quamquam internam etiam obligationem augere possunt, §. 117, [77] externam tamen, qua talem, solae dabunt, §. 56. M. 728. 20

§. 120.

Leges possunt obligare per poenas, ipsae etiam internae, s. consilia, §. 119, 111, naturales per naturales et simul arbitrarias divinas, positivae per arbitrarias, divinae per divinas, alia mala moralia, infortunia, et poenas miraculosas, immortales, humanae per humanas, quarum obligationem, si ipsae simul naturales arbitrariaeque divinae fuerint leges, per harum simul poenas apte confirmabunt. Lex naturae est: *Omitte, quod plurimas maximas poenas minatur, et eius oppositum committe.* Quamquam haec lex atheo etiam patescere potest, quatenus tamen 1) multas poenas negat, 2) admissarum etiam gravitatem magna ex parte negat, iterum inde defectus in iure naturae athei detegitur, §. 111. SANCTIO POENALIS est declaratio poenae, per quam certa lex, cui adiicitur, obligatura sit. Ergo non omnes leges indigent sanctione poenali, §. 111. indigent eadem omnes leges stricte dictae, §. 119. Non ad omnium, sed ad legum stricte dictarum promulgationem requiritur, interim tamen et in his potest esse vel expressa, vel tacita. Hinc leges naturales stricte dictae aut non indigere sanctione poenali statuuntur, aut iisdem ea iam per ipsam naturam ex natura deducentem adiecta est, §. 103.

*6536.* ξ? *Pr 77.*

Die Strafgesetze könen keinen moralischen Abscheu directe wirken. Man hasset das Gesetz, nicht die Sünde; sie sind supplementum der moralität.

5 *6537.* ζ? κ? *Pr 81.*

Eine Handlung, die mit einem nothwendigen Zweke nur zufällig *bricht ab.*

*6538.* ζ? κ? *Pr 81.*

Alle imputation ist eine practische appropriation, dessen Gegentheil 10 nach Regeln der freyheit möglich ist. pragmatisch.

---

*3* supplemēt:

*9* appropiat. || dessen? Dessen? *Ist davor zu ergänzen:* von etwas? *Oder beziehen sich die Worte* dessen — ist *auf das Wort „facti" in der Überschrift zu Sectio VII, über dem sie stehen?*

---

15 [78] §. 121.

Poenae naturales possunt esse multae, quas certum subiectum non agnoscit, plures, quas ratione sua non perspicit, plurimae, quas idem demonstrare non potest. Unde nova ratione patet utilitas supplementorum iuris naturae et philosophiae practicae, et speranda ex conubio analogi rationis cum scientia in dis-20 cendis docendisque pertinentibus ad philosophiam practicam obiective spectatam. Poenae naturales non sunt absolute necessariae ullae, patrato tamen malo morali physice necessariae sunt, et moraliter, quatenus simul sunt arbitrariae divinae, hinc obligationem per easdem vere non potest tollere vera revelatio stricte, vel strictissime dicta, §. 112. Legibus humanis positivis adiiciendae quidem sunt 25 sanctiones poenales poenarum arbitrariarum humanarum, §. 120, confirmari tamen et harum, oculatae si fuerint naturales divinaeque simul, obligatio potest poenis divinis naturalibus et arbitrariis, §. 112. IUS ET PRUDENTIA determinandarum poenarum PUNITIVA sunt.

§. 122.

30 In observandis poenis omnibus, speciatim divinis et naturalibus, cavenda sunt vitia subreptionis ex his e. g. praeiudiciis: 1) cuius ego non experior poenas, aut, cuius ego non experior per certum tempus poe[79]nas, aut: cuius ego non experior poenas certi generis, illi experior nullas esse, illud nec ullae sequentur, aut omnino: illius nullae esse possunt, 2) quod in multis convenit cum malo, 35 alias poena, illud est, et certo quidem, poena, immo, ne animadversio quidem, §. 116. 3) quod succedit alicui determinationi liberae malum physicum visum, est prioris poena ita, ut ex huius exitu et eventu pravo et infelici, immo ex gravitate mali in hoc ad illius pravitatem, immo gradum mali in eodem exacta valeat consequentia, §. 113.

**6539.** *ζ? κ? Pr 81.*

Weil die obere Willkühr über die Neigung gewalt hat, doch nicht so, daß es möglich sey, gänzlich unglüklich seyn zu wollen, weil ferner selbst der Gebrauch der freyheit seine Gründe hat, die nicht mehr von der freyheit herrühren: so weis man nicht immer zu beurtheilen, ob eine Handlung könne imputirt werden. 5

---

§. 123.

Omnis actio finita, quales determinationes hominum liberae omnes, M. §. 743, partim mala, M. §. 264, habet formale quoddam malum, M. 914, 146, ex quo non, nisi mala, in infinitum, §. 32, quorum quaedam possunt ex sola determinationis 10 essentia agentisque natura satis concipi, quaedam esse possunt infortunia, quaedam non, nisi per arbitrium alterius, cum tali determinatione connexa esse. Horum omnium repraesentationes possunt causae impulsivae fieri ad obligationem. Quod si tamen materialia determinationis eiusmodi liberae tam bona sint, ut ad eam committendam causae potiores sint, obligatio per memorata consectaria ad 15 omittendam determinationem eiusmodi liberam reapse nulla erit, [80] nec ipsa determinatio malum morale, adeoque nec haec consectaria mala illata ob malum morale, nec ideo poenae, §. 114. M. §. 908.

§. 124.

Omnes quidem poenae, qua formale, non sunt, nisi privationes, M. §. 908, 20 146, quaedam tamen et videntur tales, POENAE DAMNI, quaedam videntur positiva et realia, POENAE SENSUS, M. §. 36, prout vel omittendo, vel committendo poena videtur infligi, §. 31. Hinc graviter erret, qui poenas privativas (damni) habeat pro nullis, aut omnino non sentiri putet, M. §. 534. In poenis non velle, nisi reale, quod in ipsis est, e. g. memorata, §. 116. M. 915, longanimitas sine pro- 25 crastinatione, M. §. 916, impartialitas, M. §. 917, et aequitas, M. §. 918, sunt prudentiae punitivae, §. 121, (sicut impartialitas et aequitas etiam brabeuticae, §. 112,) in omni legislatore, etiam stricte dicto, §. 105, 48. IMPUNITAS est status sine poena peccantis, ABSOLUTA esset omnis, RELATIVA est certae poenae, quam quis demeritus est, absentia. Prior nulla est, §. 117. Absentia autem POENARUM 30 1) iniquarum, 2) partialium, 3) intempestive acceleratarum, 4) CRUDELIUM s. ex gaudio punientis de malis puniendi profectarum, 5) illarum, quae huic illive positivae videantur, ubi privativae visae sufficiunt, 6) miraculosarum, ubi [81] naturales et non miraculosae sufficiunt, §. 118, 7) omnibus manifestarum, §. 122, non est ideo impunitas. Nec a relativa quadam impunitate, multo minus ab appa- 35 rente tantum, ad rectitudinem actionis V. C, M. §. 901.

**6540.** *ζ? κ? Pr 81. Neben § 125, Satz 4, 5:*
appropriirt werden Handlungen, z. E. Verlust im spiel, wenn das Gegentheil practisch möglich war nach regeln der Klugheit.

**6541.** *ζ? κ? Pr 81.*
5 Alle imputation ist eine moralische appropriation oder Zueignung. Eine (ᵍ zufällig) gute Handlung wird zugerechnet, wenn das gegentheil moralisch möglich war, daher keine schuldigkeit zugerechnet wird. Eine böse Handlung wird zugerechnet, wenn das Gegentheil moralisch [möglich war] nothwendig war. Daher nur Verdienst und Schuld. (ˢ Be-
10 lohnens- oder bestrafenswerth.)
(ˢ Man kan sich nicht die Vortheile zurechnen, die ein anderer aus der ihm bezahlten Schuld zieht.)

**6542.** *υ? ψ? Pr 82. Zu § 126:*
Hier wird nur von der moralischen, nicht juridischen imputation ge-
15 handelt.

***9f.*** *s-Zusatz: υ? κ?? ||* ***11f.*** *s-Zusatz: ζ? κ? ξ? ||* ***12*** *Die drei ersten Buchstaben in* bezahlten *nicht ganz sicher.*

SECTIO VII.

IMPUTATIO FACTI.

20 §. 125.

Applicatio est iudicium, quo de universali aliquo (notione) affirmata affirmantur, negata negantur de inferiori eius (conceptu sub eadem) sub eodem contento. imputatio late dicta dicitur 1) iudicium, quo quis certi facti auctor iudicatur esse, 2) applicatio legis ad factum, s. facti sub lege subsumptio. Priorem
25 imputationem facti (physicam), posteriorem imputationem legis (moralem) dicamus. Haec est affirmatio vel negatio praedicati de facto aliquo, quod praedicatum certa lex affirmavit, vel negavit de superiori s. notione, sub quibus datum factum continetur. imputabilitas (imputativitas) est ea determinationis alicuius affectio, quae 1) alicui auctori tribui, 2) sub certa lege subsumi potest.
30 Prior est facti (physica) s. dependentia determinationis a libertate, poste[82]rior est legis (moralis) s. dependentia liberae determinationis a lege, applicabilitas legis ad factum datum, et ea huius affectio, qua continetur sub notione aliqua, de qua certa lex nonnihil affirmet, vel neget, ut hinc idem de dato facto affirmari negarive possit per dictum de omni et nullo, M. §. 154.

35 §. 126.

Imputans vel imputatione facti se ipsum certi facti auctorem iudicat, et imputatione legis suum ipsius factum sub lege subsumit, vel imputatione facti

alium certi facti auctorem esse iudicat, et imputatione legis factum alienum sub lege subsumit, §. 125. Posterior est IMPUTATIO STRICTE DICTA tam FACTI, quam LEGIS. Prior est CONSCIENTIA (moralis, et stricte dicta) tam FACTI, quam LEGIS, quo tamen nomine saepe etiam facultas et habitus dictarum actionum significatur, M. §. 219. 5

§. 127.

Facta non habent causam efficientem deficientemve, nisi substantiam liberam, M. §. 940, 319, hinc personam, §. 10. Hinc imputaturus factum cognoscat oportet 1) factum, 2) personam, 3) illius ab hac dependentiam, M. §. 313. Quoque melior triplex haec cognitio, hoc melior erit imputatio facti, §. 125. Iam factum 10 effectus est, M. §. 940, effectus causatum, M. §. 319, causa[83]tum actuale, M. §. 307, hinc admodum determinatum, M. §. 54, et praeteritum, praesens, vel futurum singulare, M. §. 298, omnimode determinatum, M. §. 148, eventus, M. §. 323. Cumque ubertas et extensio sint cognitionis perfectio, M. §. 515, 94, felicius imputaturus factum tot ipsius varia, tot circumstantias, M. §. 323, quarum minima 15 saepe variat factum, M. §. 324, attendere tenetur, quod potest salvis reliquis imputationis perfectionibus, M. §. 669.

§. 128.

Varia interna et externa s. relativa facti in imputatione eiusdem attendenda sunt MOMENTA IN FACTO, (circumstantiae improprie dictae), quorum pars occasio, 20 et circumstantiae (proprie dictae), M. §. 323. Ignorantia vel error totalis vel partialis circa varia facti quaecumque, IGNORANTIA ET ERROR FACTI, circa varia facti in imputatione non attendenda EXTRAESSENTIALES, circa momenta in facto, ESSENTIALES sunt. Indagationes variorum facti sunt QUAESTIONES FACTI, variorum in imputatione facti non attendendorum EXTRAESSENTIALES, momentorum in facto 25 ESSENTIALES. Enumeratio momentorum in facto est SPECIES FACTI (factum). Hinc imputaturo prodest species facti, non quaestionibus quidem facti extraessentialibus distenta, tamen ube[84]rior, unde cognosci possit, 1) an data determinatio omnino contigerit. Exsistentia delicti cum signis suis est CORPUS DELICTI. 2) an data determinatio factum sit, 3) quale, 4) quantum, 5) cuius, 6) quantum ab eo, 7) 30 quantum ab eius libertate dependeat, 8) a quibus, 9) quibus legibus subsumendum sit. Quamdiu 1) exsistentia facti, e. g. corpus delicti, 2) aut persona eius auctor, aut 3) illius ab hoc dependentia omnino ignoratur, imputatio facti est impossibilis, §. 127.

§. 129. 35

Facta omnia humana gradus et quantitates admittunt, M. §. 940, et cognitionem non solum philosophicam per probationes, eas etiam, quae praesertim res facti stabiliunt, per testes, sed etiam mathematicam, M. §. 249, nobilem matheseos intensorum partem. Hinc factum, sive meritum, sive demeritum sit, §. 106, 115, metiri, M. §. 291, praesertim valorem meriti aestimare, M. §. 337, 40 et demeriti gradum noxae s. detrimenti (damni), M. §. 336, qui cum tantus sit,

**6543.** *δ? (υ??) Pr 86. Zu den 3 letzten Sätzen von § 131:*

(s Die Gute folgen des Verdienstes, die wir auch nicht vorhersehn, und der Schuld können imputirt werden.)

Die guten folgen einer handlung, die er gar nicht, auch nicht mediate, intendirt hat, könen ihm nicht imputirt werden; die böse folgen, deren Gegentheil er nicht, so viel er schuldig war, intendirt hat, könen ihm imputirt werden. Die aber nicht, deren Gegentheil er gnugsam intendirt hat.

Wenn das Gemüth voll Wuth oder Schmertz ist, so imputirt man einem andern leichtlich seine Übel oder auch sich selbst.

---

*2 f. s-Zusatz: Phase υ?* || *4* er *sc. der „auctor" in § 131.*

---

quantus sublati per noxium boni valor, nonnunquam etiam valor noxae, detrimenti, damni dicitur, imputaturo factum semper bonum, §. 127, non raro necessarium est, quando scilicet gradus in facto momentum est, §. 128, pro ratione legis necessarium, i. e. ad determinationes [85] subiecti vel praedicati pertinet, de quibus lex certo facto applicanda loquitur, §. 125.

§. 130.

Facta humana omnia habent quidem aliquam inter se similitudinem et convenientiam s. identitatem, M. §. 265, duo tamen cum faciunt idem, nunquam est totaliter idem, M. §. 269, nec factum unius umquam totaliter aequale facto alterius, M. §. 272. Tantum ergo abest, ut peccata omnia sint totaliter aequalia, ut potius nec male, nec benefacta plurium ulla, nec eiusdem ulla personae bene vel male facta nonnihil dissimilia aut heterogenea, M. §. 267, sint totaliter aequalia. Cum tamen omnia gradus admittant, §. 129, admittent quasdam horum inter se rationes, et rationum identitates, M. §. 265, seu proportiones, M. §. 572, sicut eorundem disproportiones, M. §. 573, ad quarum indaginem, §. 129, imputaturo non parum opus erit perspicaciae, M. §. 573, nec contemnendarum aliquando subtilitatum, M. §. 576.

§. 131.

Quae non sunt liberae determinationes, non sunt facta, M. §. 940. Ergo in iis nec imputatio facti, nec legis locum habet, nec in meritum, nec in demeritum, §. 125. Absolute necessaria, coacta per violentiam externam simpliciter talem, coacta interne et physice, sed simpliciter, physice neces[86]sària et impossibilia, sed simpliciter, impotentia mere naturàlis, M. §. 469, actiones mere naturales, M. §. 708, facta non sunt, hinc non imputantur, §. 50. RES PRORSUS INEVITABILES (invincibiles) sunt, quarum impedire exsistentiam vel absolute impossibile, vel simpliciter supra auctoris alicuius potestatem positum est. Hae cum omnino non sint, nec fuerint auctori illi liberae ratione exsecutionis, M.

§. 708, nec ille has potuit appetere, vel aversari pro lubitu, M. §. 712, ergo nec libere, M. §. 719. Unde hae res prorsus inevitabiles facta non sunt, nec imputabiles.

§. 132.

Res fortunae, s. fortuita, qua talia, M. §. 912, prosperitas, M. §. 787, miseria, M. §. 788, infortunia, M. §. 912, quatenus non sunt facta subiecti, cui accidunt, non sunt eidem imputabilia, §. 131. DELICTUM FORTUNAE si dicatur malum morale s. peccatum, in quod auctor sola fortuna mala coniectus fuerit, et MERITUM FORTUNAE si dicatur bonum morale, ad quod praestandum aliquis sola bona fortuna pervenerit, implicant, M. §. 788, 787.

§. 133.

Omne factum habet sua consectaria in indefinitum per omnes status mundi succedentes, §. 32. M. 489, vel bona, vel mala, M. §. 790. Haec, quatenus se ad ea [87] per facti commissionem actuanda vel per facti omissionem impedienda libere determinare in potestate auctoris positum fuit, sunt CONSECTARIA FACTI libera, M. §. 719, quae dicamus MORALIA, M. §. 723. Haec autem sola auctoribus facti imputabilia sunt, §. 131. M. 940. Ergo nec nulla, nec omnia factorum consectaria possunt illorum auctoribus imputari, sed moralia. Iam autem ad aliquid actuandum vel impediendum nos libere determinare non est in potestate nostra positum, nisi sit in potestate nostra positum 1) illud praevidere, 2) aliquo nostro nisu vel actuandum vel impediendum praesagire, 3) intueri ut bonum malumve, et haec quidem 4) saltim ex parte distincte, M. §. 712, 719. Ergo consectaria factorum moralia non sunt, nisi quorum in potestate nostra posita sunt 1) praevisio, 2) eorum ullis nostris viribus actuandorum vel impediendorum praesagium, 3) intuitus, ut bonorum vel malorum, eaque 4) saltim ex parte distincta. Ergo factorum consectaria, 1) quae praevidere simpliciter supra potestatem auctoris positum fuerat, 2) quae forsan praevidere poterat, sed simpliciter supra potestatem ipsius positum fuerat praesagire, an ullis suis viribus actuanda vel impedienda sint, 3) quorum forsan et praesagium eiusmodi assequi poterat, sed nullum simplici[88]ter intuitum, ut bonorum, vel malorum, 4) quorum tandem et hic intuitus forsan ab auctore obtineri potest, sed haec quatuor omnino sine omni distinctione, ita ut vel aliqualis eorum conceptio sit simpliciter supra potestatem eius posita, auctori factorum, quorum haec sunt consectaria, imputari non possunt, §. 131, 125.

§. 134.

Auctori facti recte imputatur facti effectus, §. 125. M. 940, hinc non immediatus solum et cuivis patens, sed mediati etiam et cryptici, et omnes in omni intensione sumpti, s. pleni, M. §. 330, neque tamen, nisi morales, hinc praevidendi dictis modis §. 133, cum reliqui descendant quidem e facto, sed non quatenus est determinatio libera, hinc et ab auctore, sed non quatenus est libere agens, M. §. 940. Iam autem pone determinationem aliquam A certae personae

esse (pro nunc et sic) certo in statu physice secundum quid impossibilem et supra potestatem ipsius positam. Pone porro hanc ipsam impotentiam physicam secundum quid talem esse consectarium morale praegressi alicuius facti alterius B, §. 133, ex qua secuturam omissionem determinationis A dicta persona praevidere secundum §. 133 poterat. Hic auctori facti B et impotentia ipsius naturalis secun[89]dum quid talis, et inde sequens omissio determinationis A recte imputatur, §. 133.

§. 135.

Pone rem certae personae (pro nunc et sic) certo in statu inevitabilem A, ita, ut eius exsistentiam impedire secundum quid sit supra ipsius potestatem positum. Pone tamen porro hanc impotentiam secundum quid naturalem esse consectarium morale praegressi alicuius facti alterius B, et ex ea secuturam non impeditionem rei A praevideri ab auctore potuisse dictis modis §. 133, auctori facti et ipsius impotentia naturalis, et inde sequens non impeditio rei A recte imputatur, §. 134.

§. 136.

Ex eo, quod aliquis certa factorum suorum consectaria non praevidit secundum §. 133, et vere dicere potest: non putaram, non sequitur, illa eidem non esse imputabilia, sufficit, si ea dicto modo praevidere fuit in potestate ipsius positum. Immo pone certum facti alicuius consectarium A ita esse comparatum, ut illius requisita §. 133. praevisio (pro nunc et sic) in certo statu certi auctoris sit supra potestatem posita secundum quid. Pone tamen porro hanc impotentiam dictae praevisionis secundum quid naturalem esse consectarium morale alterius facti praegressi B, ex quo debitis modis praevidere auctor potuisset [90] secuturum, ut A sit improvisum. Tunc ipsa haec praevisionis impotentia et consectarium facti A propter ipsam improvisum auctori facti prioris B recte imputantur, §. 133.

§. 137.

Imputatio, sicut omne iudicium, hinc tam legis, quam facti, vel est vera, vel erronea, §. 125. Sicut tamen non omnis vera, a potiori si denominetur, exacta est: ita potest etiam erroneae multum inesse veri. Est vel methodica, vel tumultuaria, M. §. 515. Est vel obscurior, vel vividior, vel distinctior. Est vel precaria, §. 88, vel PERSUASIO, et haec aut BONO SIGNIFICATU, certitudo sensitiva, aut MALO, opinio pro certitudine habita, vel CONVICTIO, certitudo intellectualis et rationalis, vel accurate probans, quantum eius pro substrata materia fieri potest ac debet, SOLIDA, vel nec in tantum quidem accurate probans, SUPERFICIARIA, vel certa, vel incerta, et haec vel probabilis, vel dubia, vel improbabilis §. 28, vel evidens, vel inevidens, M. §. 531, vel iners et vana, vel movens et pragmatica. Quo verior, quo exactior, quo minus tumultuaria, quo clarior, quo distinctior, quo certior, quo solidior, quo evidentior, quo ardentior, hoc melior est imputatio, M. §. 669.

***6544.*** *ξ? φ? Pr 93. Zum vorletzten Satz von § 141:*
Man kan gute oder böse Entschließungen nicht gleich als facta imputiren.

---

[91] §. 138.

In imputatione facti cum una ex primis quaestio facti sit, an datum factum omnino contigerit, aut de eius exsistentia singulari, §. 128, 127, erroneam imputationem cauturus, §. 137, caveat 1) ne interne impossibilia cuiquam, tanquam facta imputet, M. §. 58, si vel maxime multitudo, dexteritas, sinceritasve testium videatur absolute incredibilibus eiusmodi rebus probabilitatem fidei conciliare, §. 129, 2) ne ea, quae ab ipso interne impossibilia per praecipitantiam iudicantur, multo minus, quae sic certae personae physice impossibilia, saltim secundum quid supra potestatem ipsius posita putantur, cum reapse forsan tantum difficilia sint, M. §. 527, minime, quae eodem modo habentur pro moraliter datae personae impossibilibus, ideo statim, tanquam non facta, reiiciat, et inde ab ulteriori eorundem imputatione abstineat, M. §. 469, 724.

§. 139.

Imputationem erroneam cauturus, §. 137, caveat 3) ne a quacumque possibilitate facti, etiam hypothetica, physica, vel morali, statim ad eius exsistentiam concludat, M. §. 723. Non omnia quomodocumque in potestate nostra posita suscipimus, nec omnia, quae licent, praesertim per aliquas tantum leges. Minime omnium ab inter[92]na possibilitate sufficienter deduci potest eam factam esse, M. §. 59, 4) ne aliquorum momentorum in facto veritate cognita iam integram suam imputationem veram putet, cum nihilo minus errare possit in reliquis nondum examinatis quaestionibus facti essentialibus, §. 128.

§. 140.

Felicius imputaturus praeter observata huc usque, §. 138, 139, 5) ne imputationem legis et facti confundat, et a posteriori bene incipiet, quia alias saepe prior erit actus frustraneus, quando posterior posthinc tentata demum deficiat, §. 125, 6) cum obscuritas et confusio sit mater erroris, in tenebris et luce maligna cautius procedat, 7) bene distinguens, bene imputabis, 8) vividitatem et nitorem, immo distinctionem ipsam, qua res, quae factum esse supponitur, vel pingitur, vel etiam evolvitur, ne cum conscientia, claritate et luce veritatis ipsius confundat male persuasus, 9) ne ideo, quia dati facti imputatio complete et scientifice certa fieri nequit, s. non est mathematice demonstrabilis, omnem eius soliditatem negligat superficiarius, §. 137.

§. 141.

Obligandi obligamur intendere liberam determinationem, §. 15. M. 342, i. e. ad eam nobis constituendam pro fine actuandam, [93] M. §. 341. Ergo obligatus obligatur ad praestandum illius ad quod obligatur, omnimodam determinationem,

**6545.** *ψ. Pr 93. Zum Schlussatz von § 141 „merae appetitiones“:*

conatus num imputari qveant ethice?

**6546.** *ψ. Pr 94. Neben dem vorletzten Satz von § 142:*

5 Zweifelhafte Befugnis

*Statt der Worte „Ergo — sequens“ im letzten Satz will K. gesetzt wissen:*

Jus dubium exigens.

**6547.** *ψ. Pr 94. In § 143, Satz 2 will K. statt „dubiam —*
10 *licet“ gesetzt wissen:*

dubio iure uti non licet, sed dubiam obligationem seqvi licet, et non licet solum, sed etiam necesse est.

**3** qveant? qveunt?

M. §. 148, quantum haec ipsi physice et moraliter possibilis est, §. 10. Ergo
15 obligatus ad aliquid simul obligatur ad ea omnia ipsi physice et moraliter possibilia, antecedentia, concomitantia, consequentia, sine quibus datum officium exsistere non potest, §. 83. Iam autem facta sine personae, quae ad ea obligatur, appetitione efficaci exsistere non possunt, M. §. 675, nec ullae determinationes liberae, M. §. 723. Ergo obligationes et leges omnes, obligantes ad ali-
20 quid personam, obligant eandem ad huius appetitionem efficacem. Cumque obligatus ad libere actuandum aliquid obligetur ad tantam eius appetitionem, quantam ad eiusdem productionem requiri ipse iudicat obligatus, M. §. 719, 712, obligationes et leges poscunt appetitiones eorum, ad quae committenda obligant, plenas, M. §. 671, et obligantes ad volendum obligant ad decreta, volitiones
25 consequentes et propositum, M. §. 696. Ergo mera complacentia, M. §. 655. merae appetitiones, immo volitiones, minus plenae, et antecedentes tantum (velleitates) illius, ad quod lex obligat, eidem non satisfaciunt, §. 22. M. 695.

[94] §. 142.

Obligatus obligatur ad id, ad quod obligatur, plene appetendum, §. 141.
30 In obligatione dubia autem obligaretur ad opposita aequaliter, plene tamen, appetenda. Quod cum sit physice, et id quidem simpliciter, impossibile, M. §. 673, ad physice autem impossibilia, si simpliciter fuerint talia, nemo obligetur, §. 24, 27, neutri obligationum dubiarum satisfaciendum est, §. 22, adeoque nec legi obligationis dubiae, §. 63. Haec lex, §. 60, cum ex natura et per naturam
35 pateat, naturalis est, §. 39, 63. Ergo obligationem dubiam (vere talem) sequens transgreditur legem naturalem, §. 83.

§. 143.

Obligatio est aut complete certa, aut probabilis, aut dubia, aut improba-

***6548.*** *ζ? Pr 94. Zu § 143, Satz 5 „Moraliter certum“:*

Certitudo est vel logica vel practica, haec vel pragmatica vel moralis.

---

***6549.*** *ξ? φ? Pr 94. Zu § 143, Satz 5, 6:*

Etwas auf eine bloße probabilität vor erlaubt halten, ist probabilismus moralis; ist die Vermessenheit, etwas auf die Übertretung des Gesetzes zu wagen. Man muß wegen der Befugnis völlig gewiß seyn; aber die bloße warscheinlichkeit, daß etwas (dessen Befugnis gewiß ist) auch meine Schuldigkeit sey, d. i. die warscheinlichkeit, daß die Unterlassung wovon unerlaubt sey [ist eben so d. i. die bloße warscheinlichkeit möglich], d. i. die bloße Möglichkeit, daß die Unterlassung unrecht sey, ist schon obligirend. D. i. überhaupt von der rechtmäßigkeit seiner Handlungen muß man gewiß seyn.

---

***6550.*** *ξ? φ? Pr 94. Zu § 143, Satz 5:*

Wovon ich nicht weiß, daß ichs bezahlt habe, und der andre fodert: daß ist moralisch gewiß, daß es bezahlt werden müsse.

---

***6551.*** *ξ? φ? Pr 94. Zu § 143, Satz 5:*

Moralisch gewiß ist, wobey keine Gefahr ist*, unrecht zu thun. Wer [sich] gewiß zu seyn affectirt und es nicht ist, handelt wieder Moralität.

*(*g* Ein Urtheil, bey dessen Behauptung keine moralische Gefahr ist. Das Urtheil selber muß praktisch seyn. e. g. eines Arzts über eine gefährliche medicin.)

---

***6552.*** *ψ. Pr 95. Im Schlusssatz von § 143 will K. statt „obligari“ gesetzt haben:*

ius habere.

---

**5** aber auf bloße || **7** *Von* Man muß *an wohl sicher Phase φ, also event. späterer Zusatz.*

**21** über *fehlt.* || **22** eine? auf? aus?

---

bilis, §. 28. Iam dubiam sequi non licet, §. 142. Haec autem melior est improbabili, M. §. 669. Ergo multo minus sequi licet obligationem improbabilem, §. 70, vere nullam, quia opposita probabilis semper est fortior, §. 23, 17. Hinc non nisi complete certae aut probabili obligationi satisfaciendum est. MORALITER CERTUM est, non complete quidem, eo tamen in gradu certum, ut assensus tali

asserto praeberi moraliter possit. Ergo obligationi non nisi moraliter saltim certae satisfaciendum est, quique aliquid [95] committit, vel omittit, ad quod committendum vel omittendum se obligari ne moraliter quidem certus est, peccat, §. 142.

§. 144.

5 Imputatio, vel facti, vel legis, §. 125, dubia vel improbabilis, nunquam est recta, §. 137, 143. Hinc recte imputaturus, factum etiam, 10) saltim moralem certitudinem quaerat, §. 70, non quacumque verisimilitudine, quae dubiorum etiam, immo improbabilium potest esse, §. 28, vel CONIECTURIS, insufficientem assensus rationem continentibus contentus, M. §. 901. Data completa sunt hic 10 momenta in facto ad imputationem, saltim moraliter certam, sufficientia. His pauciora et minora sunt incompleta. Recte imputaturus non nisi ex datis completis imputabit, §. 128. CONCEPTUS DETERMINATIONIS MORALIS SUFFICIENTER DETERMINATUS dicitur eas eius notas exhibens, ex quibus, moraliter saltim, certus reddi possis, an sit bona, an mala; tales notas non exhibens est NONDUM SUFFICIENTER 15 DETERMINATUS. Imputans factum, ad imputationem legis ut progredi possit, priorem actum non recte absolutum putat, nisi idea facti sufficienter determinata, §. 125, 139.

§. 145.

Recte imputaturus 11) impartialis esto, §. 144. M. 917. Cumque ad ea, 20 quae hucusque vidimus requiri ab imputaturo, non [96] ratio solum, sed et multus rationis usus perutilis sit, M. §. 640, 646, feliciter imputaturus 12) ratione eiusque usu polleat. ´ Iam autem affectus liberum rationis usum impedire vehementer solent, M. §. 678, 693. Hinc imputaturo rectius multum prodest 13) imperium in semetipsum, fugienda servitus moralis, M. §. 730, et abstinendum ab omnibus 25 affectus rectae imputationi contrarios excitaturis.

§. 146.

Cum omnis determinatio libera cum antecedentibus, concomitantibus, consequentibusque suis, personae physice et moraliter possibilibus, sine quibus data determinatio exsistere non potuisset, §. 141, et omnibus suis consectariis mo- 30 ralibus, §. 133, sit imputabilis, §. 125: non soli actus animae eliciti, sed omnes etiam imperati, M. §. 730, non ea solum, quae directe libertati subsunt, sed etiam, quae indirecte, M. §. 731, ipsique motus corporis arbitrarii, voluntarii, ad quos se libere determinare fuit in hominis potestate positum, M. 733, sunt imputabiles, §. 125.

35 §. 147.

Cogitatio omnis, M. §. 505, immo ipsae obscurae repraesentationes gradu differentes, M. §. 511, ignorantia, error, cognitio cum suis gradibus, M. §. 515, 669, attentio et abstractio cum suis speciebus, M. §. 529. [97] sensationes, M. §. 543, et fallaciae sensuum, M. §. 545. ebrietas eiusque fructus, M. §. 554, ipsa mors, 40 M. §. 556. phantasmata, M. §. 569, somnia, M. §. 593, et per somnium suscepta

***6553.*** *ζ—η? Pr 99. Zu § 149, Satz 2:*
Der thäter, der Urheber [und Anstifter], der Helfer.

---

e. g. a noctambulis, M. §. 594, rememorationes et oblivia, M. §. 582, fictiones, M. §. 590, ipsa deliria M. §. 594. et a deliris, melancholicis vel furiosis patrata, M. §. 688, praevisiones, M. §. 602. iudicia quaecumque, M. §. 606, praesagia, M. §. 610, praesumptiones, M. §. 612, intuitus et significationes, M. §. 620, intellectus operationes omnes, M. §. 624, attentionis intensio, extensio, protensio, M. §. 628, rationis sanitas, corruptio et cultura, M. §. 646, indifferentia, M. §. 651, voluptates et taedia, M. §. 655, instinctus et fugae, M. §. 677, affectus, M. §. 678, habitus, M. §. 712, quae et quatenus 1) actus animae imperati saltim indirecte subsunt libertati, M. §. 730, 2) antecedentia, concomitantia, consequentia sunt decreti, huius auctori physice moraliterve possibilia, §. 141, sine quibus res decreta exsistere non potest, quaeque adeo rei exsistentiam decernens simul decrevit, M. §. 55, 3) consectaria factorum praevidenda sunt dictis modis §. 133, licet non semper praevisa, §. 136, 4) eodem modo praevideri poterant certis factis vel commissivis vel omissivis impedienda, §. 133, [98] 135, sunt imputabilia §. 146, neque tamen ideo a quocunque, §. 144.

§. 148.

Determinationes non liberae, immo id in factis ipsis, praesertim magis compositis, M. §. 215, quod morale non est, etiamsi in aliquibus cum facto conveniat, illi similius, non tamen habendum est pro vero facto, hinc illius consectarium bonum nullum est verum praemium, §. 113, malum nullum vera poena est, §. 122, nec de tali determinatione vel actione ulla lex (moralis) quicquam enuntiat, §. 61, nec adeo similior officio eiusmodi actio legem servasse, eiusque habitus custodia legum, nec determinatio non moralis laesioni cuicumque similior vera laesio, aut transgressio violatiove legis dici potest, §. 83. Ergo distinctio leges violantium in moraliter et non moraliter violantes nulla est. Si vel maxime quaedam lex malum decernat inferendum patrantibus talia, quae laesioni similia sunt, sed non moralia, non tamen eiusmodi declaratio est sanctio poenalis, §. 120.

## [99] SECTIO VIII.
## AUCTOR.

§. 149.

In imputatione facti praeter ipsum factum attendendus est auctor, qui cum esse debeat persona, §. 127, nullis agentibus, quae non sunt personae, quicquid agant, imputabile est. Hinc nullae actiones brutorum, M. §. 795, ipsis imputabiles sunt, nec ea ulla ratione leges (morales) vel servare, vel violare vere dici possunt, nec mala ipsis certas eorum actiones ex voluntate legislatoris sequentia

**6554.** *ξ—φ? Pr 101. Zu § 152 Schlussatz:*
ein Bedienter auf Befehl des Herren einen Brief abbringt ꝛc ꝛc.

---

poenae, nec bona praemia accurate dici possunt, §. 148. Quae tamen actiones brutorum et quatenus 1) praevidendae fuerunt dicto modo §. 133 homini, et ita
5 quidem, ut ad eas per factum suum vel commissivum, vel omissivum actuandas vel impediendas fuerit in dicti hominis potestate positum se libere determinare, etiamsi sint effectus talis facti satis mediati, §. 134, et homo in certo statu versetur in impotentia naturali, sed imputabili, earum vel actuandarum, vel impediendarum, §. 135, nec tandem praevisae sint, immo in certo statu ne prae-
10 videri quidem potuerint, ob impotentiam tamen imputabilem, §. 136, 2) sunt antecedentia, concomitantia, vel consequentia certi de[100]creti, quae producere, vel impedire fuit auctori decreti physice moraliterve possibile, sine quibus autem res decreta exsistere non potuit, sunt homini, sunt personae, cuius cum facto dicta ratione connectuntur, imputabiles, cum accuratius ipsi suus concursus vel
15 commissivus, vel omissivus ad easdem imputari possit, §. 147.

§. 150.

Facti, praesertim magis compositi, auctor aut est solitarius, aut plures ad illud concurrunt. Concurrentium ad factum auctorum aut unus observatur principalis, reliqui secundarii, aut minus, M. §. 314, aut coordinati sunt sibi invicem,
20 aut subordinati, aut coordinati subordinatique simul, M. §. 315. Si causa moralis stricte dicta omnino idem intendat, quod auctor ipsi subordinatus, M. §. 940, hic illi essentialiter subordinatur, et quod quis ita per alium facit, id ipse fecisse putandus est, M. §. 316, 317.

§. 151.

25 Auctores sunt vel causae efficientes, vel deficientes, M. §. 940, 319, et illi commissionum, hi omissionum videntur, §. 31, vere auctores officiorum aut bonorum moralium efficientes, peccatorum, qua talium, deficientes sunt, §. 124. Auctori socio et iuvanti, M. §. 320, 321, etiam personae instrumentali s. administrae, M. §. 322, et [101] occasionali, M. §. 323, factum imputari potest, §. 150.

30 §. 152.

Si plures eiusdem facti auctores iudicantur, aut singula etiam momenta in facto singulis, aut quaedam ex iis huic, quaedam alii imputantur tantum, §. 125, 128. In priori casu FACTUM IMPUTATUR PRO INDIVISO, DIVISIM in posteriori. Si quis concurrit ad factum cum aliis, sed ut causa efficiens vel deficiens tantum
35 ad eventum, non ut auctor ad factum, potest eius, quatenus est eventus, esse causa occasionalis, instrumentalis et administra, immediata, immo principalis etiam, §. 150, 151, neque tamen idem, qua factum est, M. §. 940, illi imputari ulla ratione potest, ne divisim quidem, §. 125.

**6555.** *κ? ρ? φ?? Pr 105. Neben der Überschrift:*

Die Bestimmung oder ausmachung des facti ist von der Zurechnung unterschieden.

---

§. 153.

Si quis non causa solum efficiens, sed etiam auctor, variorum alicuius facti, non externorum solum, s. relativorum, sed internorum etiam fuerit, neque tamen, nisi extraessentialium: huic imputari quidem factum, sed illud non potest, de cuius imputatione iam quaeritur, §. 128. Si auctorum sociorum quilibet quorundam tantum momentorum in facto auctor physicus, quatenus contradistinguitur causae morali stricte dictae, et immediatus fuerit, ita tamen, ut reliquorum momentorum in facto simul causa moralis stricte dicta [102] fuerit, adeoque priora sint effectus eius immediati morales, reliqua facti ab eodem consectaria moralia, §. 133, 134, factum recte imputatur cuivis pro indiviso, §. 152. Quam primum autem vel unicus sociorum vel ad unicum tantum momentum in facto ne moraliter quidem concurrit, multo minus ut auctor physicus et immediatus, M. §. 960, imputatione exacta factum divisim tantum imputandum est, §. 137.

§. 154.

Cum in omni facto humano, sive bonum a potiori, sive malum eo significatu dicatur, sit materiale bonum, et formale finitudinis malum, M. §. 914: pone aliquem ad factum bonum immediate vel moraliter concurrere, tamquam auctorem, sed tantum ad eius negationes et mala cum eodem connexa, factum divisim, §. 153, ipsi etiam, sed non ut bonum, imputandum est. Pone alium ad factum malum immediate moraliterve concurrere, sed, quantum observari ab imputante potest, tantum ad bona momenta in facto, ad eiusdem materiale referenda, M. §. 914, factum divisim, §. 153, ipsi etiam, sed non ut malum, imputandum est. Hinc ad malum a potiori dictum, moraliter etiam, concurrens, bene, et ad bonum a potiori dictum, etiam moraliter, concurrens male egisse nonnunquam exacte imputanti consendus est, §. 137.

[103] §. 155.

Iubens est causa moralis stricte dicta illius facti, quod iussit, §. 100. M §. 940. Hinc factum, quod et quatenus iussit, est ipsi imputabile, §. 150. Immo si iusserit quaedam tantum momenta in facto, praevidenda tamen alia eorumque consectaria, simul intendit, haec cum omnibus iussionis consectariis ab eodem libere determinabilibus, ipsi recte imputantur, §. 133. Momenta autem in iusso facto, eorumque consectaria, quae non iussit, non intendit, quaeque non fuerunt ab ipso libere determinabilia, iubenti exacte imputari non possunt, §. 154, 153. Par ratio consulentis, CONSENTIENTIS i. e. idem decernentis, quod alter, allicientis. M. §. 728, 940.

***6556.** ε—ξ. Pr 105. Über § 159:*

Qvatenus [analoga moral] actiones prudentiae ut morales sunt imputabiles *bricht ab.*

---

*2* ut? sunt?

---

5 §. 156.

Causa occasionalis, et si quis rei per factum alienum quaesitae partem suam facere intendit, §. 93, aut libere intendit simul factum ista occasione patrandum, vel quo res quaerenda erat, qua singula momenta, et imputari ipsi potest pro indiviso, aut qua quaedam momenta, aut imputari ipsi factum saltim divisim 10 potest, §. 153, 154, aut tandem ad momenta in facto prorsus non libere concurrit, et tunc factum illud alienum cui occasionem dedit, aut quo res quaesita est, de qua participare volet, illi imputari non potest, §. 153.

[104] §. 157.

Factum aliquod non impediens moraliter, non physice, M. §. 967, 968, e. g. 15 non manifestans, aut ideo haec omittit, quia consentit in factum, de quo quaeritur, et diiudicandus est, ex §. 155, aut quia prorsus non consentiens, vel omnino dissentiens a momentis in facto, interim tamen vel physice, omnino vel moraliter non potuit impedire vel manifestare. Tunc hae omissiones recte facta sunt, §. 72. M. 901. Hinc non impedita non manifestata male facta, qua talia 20 ab his recte factis dependere non possunt, §. 32. Dependerent tamen, si ob dictas omissiones male factum recte posset omittentibus imputari, ut causis moralibus stricte dictis, M. §. 940. Ergo talia male facta dicto in casu non possunt non impedientibus, non manifestantibus imputari, ut causis moralibus stricte dictis. Multo minus, ut tali causae possunt imputari peccata illi, qui 1) prae- 25 vidit omnia, 2) physice impedire omnia in sua potestate habuit, 3) moraliter impedivit omnia, 4) physice etiam pleraque, sed 5) quaedam physice impedire moraliter, ob sapientiam non potuit, M. §. 969, 970.

§. 158.

Omnes et solae determinationes liberae sunt imputabiles, §. 125, ad omnes et 30 solas determinationes liberas locum habet obli[105]gatio, §. 15, 72. Ergo ad quae et in quantum aliquis obligari potest, ea et in tantum eidem imputari possunt. Quae et in quantum alicui imputari non possunt, ad ea et in tantum non potest obligari. Quae et in quantum alicui imputari possunt, ad ea (vel omittenda, vel committenda) et in tantum obligari potest. Ad quae et in quantum aliquis 35 obligari non potest, ea et in tantum eidem imputari non possunt. Actiones invitae per ignorantiam vel errorem, M. §. 716, 1) liberae, M. §. 719, 2) consectaria ignorantiae vel erroris imputabilis, §. 147, moralia, §. 133, auctori recte imputari possunt, §. 125.

## SECTIO VIIII.
## GRADUS IMPUTABILITATIS.

### §. 159.

Cum in facto, quatenus eventus est, §. 127, non sit imputabile, nisi morale, §. 158: imputabilitas facti minima esset, cuius paucissima minima varia levissime a libertate penderent, M. §. 161. Quo ergo plura facti varia, quo maiora, quo magis a libertate pendent, hoc maior eius est imputabilitas, M. §. 160. Quoniam autem essentialium, attributorum, modorum, qua[106]litatum quantitatumve et graduum in persona quacumque nexus est universalis, M. §. 49, 50: quo maior est libertas personae, M. §. 725, quo maior acquisitus habitus imperii in semet ipsam, M. §. 730, hoc magis facta eius omnia a libertate eius pendent, hoc ergo magis ipsi sunt, ceteris paribus, imputabilia. Habes novum campum cognitionis mathematicae in factis, §. 130. Facta libera ratione exsecutionis, sibi invicem opposita, vel sunt utraque indifferentia, qua exercitium actus, M. §. 708, et ceteris paribus aeque imputabilia sunt, vel unum est altero difficilius, M. §. 527, et difficilioris commissio magis, omissio minus, facilioris commissio minus, omissio magis est imputabilis, cetera si fuerint paria, §. 134.

### §. 160.

Si factum pauciora, minora, difficilius praevidenda consectaria moralia bona habuerit, eius commissio magis, omissio minus imputabilis est. Quod pauciora, minora, difficilius praevidenda consectaria moralia habuerit mala, eius commissio minus, omissio magis imputabilis est. Quod plura, maiora, facilius praevidenda consectaria moralia bona habet, eius commissio minus, omissio magis imputabilis est. Quod eiusmodi consectaria mala habet, eius commissio magis, omissio minus im[107]putabilis est. Quo plus est in facto fortuiti, hoc minus, quo minus est in facto fortuiti, hoc magis est imputabile, §. 159, 132. Factum mediatius tantum et cryptice pendens a libertate, minus, immediatius et manifesto inde pendens, magis imputabile est. Facti naturaliter, sed tantum secundum quid, impossibilis, commissio magis, omissio minus imputabilis est, §. 134. Sed haec omnia ceteris paribus, §. 159.

### §. 161.

Res secundum quid inevitabilis imputabilis tamen ex §. 135, minus est imputabilis, quam si ne talem quidem inevitabilitatem habuisset, §. 160. Si certi facti consectaria moralia praevisa non sunt, immo secundum quid naturaliter praevideri non potuerunt, illud minus imputabile est, quam si aut praevisa fuissent, aut potuissent saltim, dicta etiam ratione, praevideri, §. 136. Quae prorsus non sunt imputabilia, iis inepte magnus meriti demeritive gradus assignatur, et de imputabilitatis eorum gradu frustra disputatur. Quibus certus imputabilitatis gradus recte denegatur, ea non ideo statim habenda sunt pro

***6557.*** *η—ϱ. Pr 108. Zu § 162, no 1:*
Je boshafter das Herz natürlich ist desto mehr imputabilitas.

---

*2* imput:

---

omnino non imputabilibus, §. 138. Ab imputabilitate facti quacumque ad certum
5 eius gradum maiorem non valet consequentia. Hinc priorem probantia non
[108] statim arripienda sunt, ut argumenta posterioris, §. 139.

§. 162.

Quo difficilior, quo minus culta huc usque mathesis intensorum est, hoc
cautius in gradu imputativitatis determinando procedendum est, 1) ne gradus
10 moralitatis certa lege determinatus, forsan insignis, temere confundatur cum
gradu imputabilitatis in facto, quod cum data lege comparatur, M. §. 626, 2) ne
gradus claritatis in perceptione facti vel boni, vel mali, confundatur cum gradu
imputabilitatis eidem tribuendae, 3) ne gradus boni malique generatim in eventu,
qui partialiter factum est, cum gradu imputabilitatis in facto confundatur, 4) ne
15 gradus vividitatis, qua suppositum imputabilitatis gradum intuemur, cum gradu
conscientiae de veritate ipsius, s. certitudinis confundatur, §. 140.

§. 163.

Potest imputabilitas facti, saltim moraliter, certa esse, et tamen ne sic
quidem gradus eiusdem, §. 162, hinc non cuivis recte imputanti etiam factum
20 ipsum de hoc decidens iudicium ferre licet, §. 144. Cumque affectus soleant
augere falso splendore obiecta sua, ab his rectae imputationi contrariis praesertim
cavendum est imputabilitatis gradum constituturo, §. 145. [109] Tunc inter
alia patebit actus animae imperatos, quaeque libertati subsunt indirecte, ceteris
paribus, minus imputabilia esse, quam actus eiusdem elicitos et quae directe
25 libertati subsunt, §. 160, 146, et bene applicabitur hoc principium ad enarrata
§. 147.

§. 164.

Sicut coactorum ab extra, vel ab intra, sed absolute, ne minimus quidem
est imputabilitatis gradus, §. 131, 161, ita facta, ad quae me ipse cogere dicor,
30 et cogi ab extra, sed secundum quid, M. §. 727, 728, sunt imputabilia §. 125.
Facti, ad quod coactione mei ipsius opus est, commissio magis, omissio minus
imputabilis est, §. 159, 160, quia tale superpondium, quale me cogendo producitur
a me ipso, multa, gravia, per actus animae vel omnino elicitos et effectus
libertatis immediatos, vel saltim minus mediatos actuanda postulat, M. §. 713,
35 714, et maiorem libertatem, maius hominis in se ipsum imperium, §. 159. M. 730.
Facti, ad quod coactio externa, sed secundum quid, tentatur, commissio minus,
omissio magis imputabilis est, quia omitti sine coactione mei ipsius non potest,
M. §. 714. Facti inviti per ignorantiam vel errorem commissio minus, omissio
magis imputabilis est, §. 159.

***6558.*** *η—ρ. Pr 110. Zu „Merita — Conatus" im vorletzten Satz von § 165:*

Merita propositi.

*Ferner δ? κ?*

Conatui opponitur vel impedimentum [per motiva] practicum vel physicum; eigentlich ist es einerley, ob jemand durch furcht der Strafen oder die Unmöglichkeit zurükgehalten wird.

---

***6559.*** *δ? κ? Pr 111. Zu § 166 Schlussatz:*

Dem, der aus Gewohnheit was Gutes thut, ist die Gewohnheit, nicht die Handlung zu imputiren, eben so beym bösen. Wenn er also wieder die Gewonheit kämpft, so ist ihm die Handlung weniger zu imputiren.

---

***11*** kämpft *und trotzdem der Versuchung unterliegt.*

---

[110] §. 165.

Si quis factum invitus patraverit, ex hoc solo ne gradus quidem imputabilitatis minuitur semper, §. 164, multo minus omnis imputabilitas tollitur, §. 161. Hinc nec ex eo, quod eventus involuntarius dicitur, negari potest eum esse factum, et imputabile, M. §. 721. Sunt potius quaedam involuntaria, quae non possunt non imputabilia esse, M. §. 722. Immo involuntarium aliquid esse solum ne minuit quidem semper gradum imputabilitatis, cum possit augere eundem aliquando, §. 164. *Involuntarium ortum ex voluntario* tamquam consectarium morale, est imputabile, §. 133, et eatenus *habetur pro voluntario.* Par ratio est volitionum nolitionumque, praesertim plenarum et consequentium, M. §. 695, licet inefficientium, M. §. 675, quae MERITA vel DEMERITA CONATUS dici possunt. In his enim inefficientia, cum saepe sit mere fortuita, ne minuit quidem semper imputabilitatem, §. 132.

§. 166.

Habitus morales, M. §. 723, et consuetudines eiusmodi, M. §. 650, et per has illosque praestita, uti harum illorumque defectus propter libere omissum exercitium harum illorumque causam, et horum defectuum consectaria moralia facta omissiva, §. 133, cum sint consectaria libera[111]rum determinationum moralia, et consequentia, sine quibus exercitium actionum eiusmodi, aut omissio huius exercitii exsistere non potest, M. §. 577, imputabilia sunt, §. 142. Quo plurium, quo graviorum, quo magis a libertate pendentium consectaria sunt, hoc magis sunt imputabilia, §. 159. Iam ad contrahendam consuetudinem moralem crebrius exercitium requiritur, quam ad dispositionem aliquam, habitumve minorem acquirendum, M. §. 650, 577. Ergo tantum abest, ut in CONSUETUDINARIO, quod per consuetudinem patratur, semper sit ratio, nisi nullius, minoris tamen imputabilitatis, ut saepe sit in eo ratio ad contrarium.

***6560.*** *δ? κ? Pr 112. Zu § 168 Anfang:*

Die schwäche der menschlichen Natur besteht in der schwäche des moralischen Gefühls verheltnisweise gegen andre Neigungen. Daher die Vorsehung sie mit hülfleistenden trieben als analogis instinctorum moralium vergrößert hat. e. g. Ehre, Storge, Mitleiden, sympatie oder auch mit Belohnungen und Strafen. Wenn diese die Bewegungsgründe zum theil sind, so ist die moralität nicht rein. Die moral ist chimaerisch, welche alle diese motiva auxiliaria ausschließt.

***6561.*** *φ? Pr 112. Zu § 168 Anfang „Infirmitas humana“:*

Unlauterkeit und Gebrechlichkeit.

*Ferner φ:*

negativ.

*Ferner φ:*

Unvollkommenheit der Menschlichen Natur und Unlauterkeit der Tugend.

**5** *Zu* Storge *cf. Rfl. 6678.* || *Nach* Mitleiden *2—3 Buchstaben, wie es scheint: durchstrichen. Vielleicht kann man sie* als *lesen oder* oder.

§. 167.

Cum facta, imputabilia omnia, et omnia, in quae cadit obligatio, vel sunt actus animae eliciti vel imperati, §. 146, illa DIRECTE, haec MORALIA dicamus PER INDIRECTUM, M. §. 723, 731, illa IMPUTANTUR DIRECTO, haec PER INDIRECTUM, in illa cadit OBLIGATIO DIRECTA, in haec INDIRECTA. Hinc et HABITUS morales vel nascentur ex factis directe moralibus, saltim potissimum, et dicantur DIRECTO, vel ex factis maximam saltim partem per indirectum tantum moralibus, et sint PER INDIRECTUM MORALES. Illi magis imputabiles sunt, quam hi, §. 166, sicut omnia directe moralia ma[112]gis, quam per indirectum talia, ceteris paribus, §. 160. Iam autem consuetudo etiam potest, saltim qua priorem et potiorem partem, exercitiorum, ex quibus oritur, cum consuetudinariis directe moralis esse. Ergo nec ex ea ratione consuetudini consuetudinariisque potest omnibus minor imputativitatis gradus tribui, ac si semper essent, morales si fuerint, per indirectum tantum tales, §. 159.

§. 168.

INFIRMITAS HUMANA est impotentia naturalis actuandi in liberis suis determinationibus certum gradum rectitudinis. Ergo est vel simpliciter et absolute talis, vel tantum secundum quid, M. §. 469. Prior mere naturalis et defectus rectitudinis ex hac fluentes, qua tales, imputari non possunt prorsus inevitabiles, §. 131. Pone tamen defectum eiusmodi nasci ex infirmitate humana secundum

***6562.*** *φ. Pr 113. Zu § 169 Anfang „Fragilitas — humanae":*
positiv.

---

***6563.*** *δ? ϰ? Pr 113. Zu § 169 Anfang:*

Die allgemeine Gebrechlichkeit besteht nicht in bösen Neigungen, sondern in der großen Möglichkeit derselben, böse zu werden. Das ist 5 der **Hang der Neigungen** zu bösem, ehe die Neigungen böse seyn. Würde bey der Vergrößerung aller Neigungen die moralität auch wachsen, so bliebe alles gut.

---

quid naturali, quae est consectarium morale facti alicuius praegressi vel commissivi, vel omissivi, praevidendum secundum §. 133, tunc et ipsa talis infirmitas 10 humana et inde natus defectus recte imputatur, §. 134. Quoque pluribus, quo gravioribus, quo magis a libertate pendentibus factis vel omissivis vel commissivis infirmitas eiusmodi humana praestita vel conservata est, quo plures, quo graviores defectus rectitudinis, ut consectaria [113] moralia post se trahit, §. 159, hoc magis est imputabilis, §. 159. 15

§. 169.

Fragilitas (lubricitas) naturae humanae est inclinatio (propensio, pronitas) naturalis in malum morale, s. illa humanae naturae conditio, qua facile est hominem in malum morale impellere. Haec etiam vel absoluta esset, M. §. 964, non imputabilis, §. 131, vel hypothetica, et haec iterum vel mere fortuita non 20 imputabilis illi personae, cui tribuitur, §. 132. M. 912, vel est consectarium morale alicuius facti, vel commissivi, licet forsan per indirectum tantum morale fuerit, §. 167, vel omissivi, cuius commissione impulsio in malum morale impedita, M. §. 22, 222, hinc saltim difficilior reddita fuisset, M. §. 527, et tunc eiusmodi fragilitas naturae humanae est imputabilis personae, cui tribuitur, 25 §. 133, ex gradibus §. 168 declaratis.

§. 170.

Cum usus intellectus initia infinite parva et inobservabilia soleant hominibus esse, difficulter ab iisdem exacte constituuntur infantiae termini, M. §. 639. Quam primum in infantis potestate simpliciter positum est, circa quaedam saltim sese 30 libere determinare, haec ipsius facta sunt, M. §. 719, ipsi imputabilia, §. 125. Quamquam ex his ipsis fontibus, ut ipsorum infantium, [114] ita psychologice minorennium, simplicium significatu malo, mente captorum, melancholicorum, furiosorum, M. §. 688. quaedam actiones, tamquam facta, §. 147, imputari possunt, §. 133, cum tamen minor sit talium hominum libertas, M. §. 725, 730, facta 35 eiusmodi minus imputabilia sunt, §. 159.

## SECTIO X.
## IMPUTATIO LEGIS.

§. 171.

Imputatione legis huic factum subsumens ratiocinatur, §. 125. Cuius ratio-
5 cinium declaratum, §. 103, dicatur SYLLOGISMUS IMPUTATORIUS. Ad huius perfec-
tiorem cognitionem, §. 137, regulae logicorum syllogisticae novum usum moralem,
M. §. 723, exhibent. Praemissarum eius maior lex, minor factum est. Sicut
complexus observabilium circa eius minorem quaestiones facti, et circa minorem
occurrens ignorantia vel error facti sunt, §. 128, ita complexus observabilium
10 circa leges, s. maiores syllogismorum imputatoriorum, sunt QUAESTIONES LEGIS
(iuris), et error vel ignorantia circa haec ERROR vel IGNORANTIA LEGIS (iuris) est.
Quaestiones legis in imputatione eiusdem non attendendae, et error ignorantiave
circa has, EXTRAESSENTIALES sunt; quaestiones autem legis in im[115]putatione
eiusdem attendendae, et ignorantia vel error in his, ESSENTIALES sunt.

15 §. 172.

Quicquid de imputatione in genere probatum est in anterioribus, valet etiam
de imputatione legis, §. 125, e. g. Quo pluribus, quo fortioribus superioribusque
legibus subsumit factum, hoc est, cetera si fuerint paria, perfectior, §. 127. Hinc
naturalibus arbitrariisque simul, humanis divinisque simul subsumendum legibus,
20 bene subsumitur his singulis, §. 63. Non vera solum sit, sed etiam exacta,
quantum eius fieri potest, §. 137. Vera autem erit, cuius syllogismus imputa-
torius verus est, nec in materia, nec in forma peccans, nec paralogismus, nec
sophisma. Sophista in imputandis legibus est RABULA. Rabula in imputandis
legibus naturalibus NATURALIS est, quo superiores et hae sunt, M. §. 182, quo
25 magis universales, §. 72, hoc turpior.

§. 173.

Ut imputatio legis vera sit, non erronea, §. 172, 1) ne falsis legibus, 2) ne
talibus, in quibus committitur error iuris essentialis, §. 171, subsumatur, 3) ne
falsum factum, 4) ne tale, in quo error facti essentialis committitur, 5) ne vi-
30 tium formae committatur. Cumque ex veris (quasi) praemissis possint falsa vi-
tiose inferri, 6) ne a veritate legis et facti sine ulla consequentiae [116] indagatione
ad veram imputationem legis concludatur. Quoniam porro ex falsis vera legitime
sequi possunt, 7) ne a sola veritate conclusionis in syllogismo imputatorio ad
veritatem imputationis legum secure concludatur, §. 172. Potest enim CONCLUSIO
35 esse CASU VERA, uti dicitur vera syllogismi falsi (vel in materia, vel in forma,
vel utrimque peccantis).

§. 174.

Ne in imputatione legis vitium formae committatur, §. 173, 9) caveantur
in syllogismis imputatoriis quattuor termini vitiosi, hinc 10) singula momenta

***6564.*** *φ. Pr 118. Zu § 177 Anfang:*
interpretatio avthentica oder doctrinalis.

---

*2* interp:

---

in subiecto legis determinata sint etiam in facto, pro ratione legis necessaria nec plura, §. 139, 128, 11) singula in praedicato legis determinata sint etiam in conclusione syllogismi imputatorii, nec plura, 12) gradus in lege determinati sint iidem in facto et conclusione, §. 129, 13) factum, de quo minor praemissa, et de quo conclusio loquitur, sit unum idemque, 14) ne imputatio legis temere concludat ex meris particularibus, e. g. lege particulari, 15) ne temere ex meris negativis, e. g. tribuendo factis praedicatum, quod negavit lex de iis, quae de facto, de quo quaeritur, negari possunt, 16) sequatur conclusio partem debiliorem.

[117] §. 175.

Ad cavendam imputationem legis erroneam, §. 173, caveatur 17) in enthymematibus imputatoriis ne, per rabularum forsan artificia, §. 172, omissa praemissa transmittatur sine examine, cum possit principalis esse, 18) ne inductionibus incompletis nimis fidas, e. g. quando provocatur ad observantiam, 19) ne in hypotheticis a falso priore temere concludas ad falsum posterius, nec 20) a vero consequente ad verum antecedens, 21) ne in disiunctivis membrum disiunctionis possibile omissum sit, 22) nec plura possint simul poni, e. c. Cumque ratiocinatio imputatoria possit esse admodum compositae probationis, 23) eadem sollicitudo per prosyllogismos omnes continuanda est, quam episyllogismi veritas requirebat, §. 173, 174.

§. 176.

Ut methodica sit imputatio legis, §. 137, 172, praesertim cavendum est, ne quaestiones legis et facti confundantur, §. 171. Cumque ad certitudinem conclusionis ex praemissis nanciscendam certitudo et omnium praemissarum, hic quaestionum legis et facti essentialium, §. 128, 171, et formae requiratur, omnia haec et singula recte legem imputaturo debent, saltim moraliter, esse certa, §. 143. Unica praemissa vel forma dubia vel improbabili non [118] nisi dubia vel improbabilis, hinc minus recta, §. 144, erit imputatio legis, quia hoc etiam sensu conclusio sequitur partem debiliorem, §. 174. Ne tamen dubium et aliqualiter incertum confundatur, §. 28.

§. 177.

Hermeneutica, M. §. 349, vel est generalior de cognoscendis quorumcumque signorum significationibus, vel generalis interpretandae orationis cuiuscumque, vel specialis regulas generalis ad certas orationis signorum et species applicans, e. g. ad revelationem stricte dictam, sacra, ad ea signa, dicta scriptaque, quorum significatum et sensum nosse iureconsulto, qua tali, necessarium est, e. g. legum, pactorum, iuris. Primum generalis hermeneuticae principium

***6565.*** *δ? ϰ? Pr 120. Zu § 180:*
Derjenige, dem ein Recht willkührlicher Weise aufgetragen ist, in

---

est: *Interpres* (reverens) *aequus esto*, s. ex pluribus SENSIBUS LITTERAE, i. e. re-
praesentationum seriebus, quae per usum loquendi (lexicon et grammaticam)
5 certa oratione significari possunt, habeas pro VERO SENSU i. e. ea repraesentati-
onum serie, quam auctor orationis significare per illam intendit, eum sensum
litterae, qui intentus cum perfectionibus auctoris optime convenit, donec constet
contrarium, §. 87. Hoc principium, ut adaequetur hermeneuticae generaliori,
facile extenditur, et adaequandum huic vel illi speciali pro substrata materia
10 restringitur, §. 89.

[119] §. 178.

Cum habitus imputandarum legum sit iurisprudentia, §. 125, 76, iureconsulti
practici est, quam fieri potest optime, §. 70, hinc solidissime, §. 137, adeoque
ex probe perspectis rationibus legum, etiam moralibus (ethicis, oeconomicis, po-
15 liticis) et legalibus iuris naturae stricte dicti, §. 77, 65, non neglectis historicis
et legum positivarum legalibus ex aliis legibus positivis, §. 77, leges veras et
genuinas, §. 173, hinc leges positivas ita intellectas, uti legislator voluit intelligi,
i. e. secundum hermeneuticam iuris, §. 177, applicare ad facta recte auctori im-
putata §. 125—170. Huc omnis iuris peritia, immo iuris scientia iureconsulti
20 theoretici perfectior contendat oportet, §. 76. M. 669. IURISPRUDENTIA faciendorum
est CONSULTATORIA, hinc nomothetica ferendarum legum, §. 105, brabeutica con-
ferendorum praemiorum, §. 112, punitiva inferendarum poenarum est consul-
tatoria, §. 121.

§. 179.

25 Quemadmodum in diiudicandis consensus taciti, §. 155, 103, signis versatur
aliquando hermeneutica iuris generalior, §. 177, ita in speciali legum positivarum
interpretatione ex §. 177, nascetur principium primum, §. 87: *Eum in legibus po-
sitivis sensum litterae, qui cum regulis nomotheti*[120]*cis optime convenit, si verus fuerit,
pro vero et genuino habe, donec constet contrarium, s. ne quam legem positivam sine*
30 *necessitate interpreteris, uti caecam.* Hinc enim, cur ratio legis attendenda, cur
analogia iuris, cur tota lex inspicienda, cur parallelismus legum attendendus,
cur interpretatio nunc declarativa, nunc abusiva, et haec vel extensiva, vel re-
strictiva, vel omnino correctiva esse debeat, cur favorabilia aliter, aliter odiosa
interpretanda sint, e. c. facili deducitur negotio, sed simul iurisprudentiae nomo-
35 theticae latior usus patet, quam qui in legibus tantum ferendis novis depreben-
ditur, §. 108.

SECTIO XI.
FORUM.

§. 180.

40 IMPUTATIO VALIDA est, a qua effectus lege determinati sufficienter pendent,
a qua effectus lege constituti non sufficienter dependent, INVALIDA est. Status

einer besonderen strittigen frage von den Rechten zweyer zu urtheilen, ist arbiter. Der überhaupt in ansehung gewisser Anderen das Recht hat zu richten, ist iudex. Iudex setzt allemal leges communiter obligantes voraus.

---

***6566.*** *ξ? υ? Pr 120. Zu § 180:*

Zur obiectiven Nöthigung ist gnug das gesetz, nemlich zur Erkentnis 5 dessen, was man thun soll; aber zur subiectiven, nemlich, daß, wenn die motiva moralia unzureichend wären, er doch genöthigt werden könne, es zu thun, wird erfodert potestas exsecutoria.

Die Regel des rechts bringt es schon so mit sich, daß man nolens volens die Handlung thue. 10

---

***6567.*** *ξ? ρ? Pr 120. Zu § 180:*

Das forum muß richtig urtheilen, 2. Macht haben.

Das forum ist das Mittel der Verknüpfung der potestatis legislatoriae und exsecutoriae.

---

***6568.*** *ξ? υ? Pr 120. Zu § 180, Satz 3:* 15

Zu den internis factis gehöret die Meinung, die man nicht declarirt hat.

---

***6569.*** *η? Pr 121. Zu § 180, Satz 4:*

Coram foro externo (*g* rationes imputandi) (causae imputationis) internae non sufficunt, ergo nec ex aeqvitate. 20

---

***6570.*** *ξ? Pr 121. Zu § 180, 182:*

Forum humanum externum: vel justitiae vel aequitatis;
internum: conscientiae vel naturale vel statutarium.

---

**6** wen || **9** daß *zweimal.*

---

personae, in quo certa facta et leges valide imputare potest, est FORUM (tribunal). 25 FACTA INTERNA (interna simpliciter) dicuntur, quatenus in sola anima eveniunt, nullis signis per corpus, s. externis observabilia, EXTERNA autem ita harmonica, ut signis et[121]iam externis per corpus declarentur. FORUM EXTERNUM est, in quo sola facta externa solis externis legibus subsumi valide possunt. FORUM autem INTERNUM est, in quo facta etiam interna legibus etiam internis subsumi valide 30 possunt.

§. 181.

FORUM, in quo dati facti subsumptio sub legibus valide fieri potest, est COMPETENS, reliqua INCOMPETENTIA. In quo foro 1) sunt leges, 2) moraliter saltim

***6571.*** *η? Pr 121. Zu § 182, Satz 1:*
valida imputatio bedeutet auch die, so zu Handlungen nöthigt.

---

certe cognoscendae, §. 176, ad certum factum 3) valide applicandae, cuius 4) cognitio, 5) moraliter saltim, certa, §. 144, 6) valide in eodem foro fieri potest, 5 ad illud forum datum factum pertinet, illud est respectu dati facti competens. In quocumque autem foro aut omnino non sunt leges, aut ne moraliter quidem certae, aut non, nisi invalide, ad datum factum applicandae, aut impossibilis dati facti cognitio, eaque saltim moraliter certa, aut non nisi invalide institui potest, ad illud forum datum factum non pertinet, illud est respectu dati facti 10 incompetens, §. 180.

§. 182.

Forum humanum (soli) late dictum est status hominum, quo valide certas leges applicare possunt ad certa facta 1) sua s. propria, et hoc est forum conscientiae §. 126, 180, 2) aliena, et hoc erit forum hu[122]manum stricte dictum. In 15 foro conscientiae facta etiam interna legibus etiam internis subsumi valide possunt. Hinc forum conscientiae est forum internum, ad quod facta etiam, officia, obligationes internae, §. 56, 83, pertinent, §. 181. forum rationis est status hominum, in quo legibus per rationem sine fide cognoscendis facta per rationem itidem cognita subsumi valide possunt. Hinc forum conscientiae potest esse 20 forum rationis, licet illud ad leges etiam non sine fide cognoscendas extendi possit. Forum rationis potest esse forum conscientiae, licet forum rationis ad facta etiam aliena extendi possit. Forum rationis etiam est forum internum §. 180, ad quod facta, officia, obligationes etiam internae pertinent, §. 181.

§. 183.

25 Forum rationis est forum iurisprudentiae, §. 178, naturalis latius dictae, §. 76, 65. Hinc dividi potest in forum rationis internum, quod facta etiam interna secundum leges naturae, internas etiam, diiudicat, et externum, quod sola facta externa secundum leges naturae cogentes s. stricte dictas solas diiudicat, et hoc est iurisprudentiae naturalis stricte dictae, §. 180, 79. Forum humanum 30 stricte dictum potest esse forum rationis tam internum quam externum, potest tamen ad leges etiam non [123] sine fide cognoscendas extendi, §. 182. Quoniam autem interna hominis nulla omnino ratione declarata per corpus si fuerint alteri homini, naturaliter alter homo cognoscere non potest, M. §. 469, facti interni, qua talis, cognitio in foro humano stricte dicto naturaliter impossibilis 35 est, adeoque interna ad forum humanum stricte dictum et forum rationis externum non pertinent, §. 181, 182.

***6572.*** *v. Pr 123. Zu § 184:*
Die Beobachtung beliebiger Pflichten, und zwar äußerer, hat etwas verdienstliches an sich, welches dadurch *bricht ab.*

***6573.*** *η? (φ?) Pr 123. Zu § 185 Anfang:*
Subtilitas in imputatione factorum coram foro divino. 5

---

§. 184.

Forum humanum stricte dictum cum facta solum externa subsumere legibus valide possit, §. 183, aut ea legibus etiam internis et suadentibus subsumet, aut externis cogentibusque tantum valide subsumet. Hoc est FORUM HUMANUM (soli) STRICTIUS DICTUM. Hinc in foro naturali, s. rationis, humano strictius dicto 10 non nisi cogentes leges naturales non nisi factis externis applicari possunt, §. 183.

§. 185.

FORUM DIVINUM (poli) dicitur 1) primario omniscientia divina, quatenus omnium personarum, omniumque factorum, etiam intimorum, M. §. 869, nexum omnem possibilem, M. §. 872, cum omnibus, quotquot sunt et esse possunt, le- 15 gibus distinctissime, M. §. 889, hinc rectissime imputare potest, M. §. 901, 972, 2) secundario a) fora interna rationis et conscientiae, qua[124]tenus α) internis etiam, β) leges propius divinas vel naturales, vel positivas, §. 100, applicantia ab omniscientia divina propius absunt, quam externa fora sola externa facta praesertim legibus tantum humanis subsumentia, b) omnia fora, quatenus ultimato a deo 20 dependent, §. 180, M. §. 954. In significatu primario forum divinum internum est, §. 180. Cumque deus 1) nexus et concursus omnium personarum morales, eos etiam, quos ipsi agentes ignorant, 2) libertatis nostrae statum et nexum quemvis cum quibusvis factis liberisque nostris determinationibus, eos etiam, quorum aut numquam conscii fuimus, aut obliti sumus, 3) factorum omnium ea 25 etiam, quorum vel von conscii fuimus, vel obliti sumus, 4) omnia eorundem consectaria moralia, ea etiam, quae vel non praevidimus, vel nec postea deprehendimus, 5) leges ad ea applicandas omnes, eas etiam, quas vel numquam cogitavimus, vel saltim cum factis numquam comparavimus, infinities melius noverit et sciat, quam nosmet ipsi, et illae personae, de quarum factis quaeritur, 30 possunt admodum multa nobis, et personis, de quarum factis quaeritur, imputari in foro divino, quae nec ipsa quidem nostra nobis, et dictis personis sua, imputat conscientia, §. 182.

[125] SECTIO XII.
FORUM EXTERNUM. 35

§. 186.

Fora interna, §. 180, conscientiae, rationis, §. 182, et divinum, §. 185, sunt decidendis obligationibus et officiis et laesionibus internis etiam. quae hinc ita

dicuntur, competentia, §. 181. Fora autem externa, §. 180, et humana strictius dicta, §. 184, non nisi externis obligationibus, officiis, laesionibus competentia sunt, §. 92, 181. Nulla libera determinatio pertinet ad forum externum, quae non simul pertineret ad internum, sed multae spectant ad internum, quae non 5 pertinent ad externum, §. 57, 185. Quo magis viget forum internum, hoc minus, quo magis languet forum internum, hoc magis necessarium est forum externum, §. 58. Si factum ad utrumque forum pertineat, aut fora videbuntur collidi, et illius imputatio recta est, cuius leges fortiores sunt, §. 85, aut conspirabunt, et coniungenda quidem sunt, sed non confundenda, distinguenda quidem, sed non 10 separanda, §. 59. Idem valet de foris internis diversi generis, e. g. philosophiae moralis et theologiae revelatae, et externis, e. g. naturali et civili. Iura stricte dicta sunt tantum fori externi, interni etiam normae suasoriae, consilia, aptitu-[126]dines morales, non nisi minus pleni iuris, §. 180, 64. Hinc forum naturale externum et rationis externum non nisi ius naturae stricte dictum et cogens se- 15 quitur, §. 183, 65. Forum naturae s. rationis externum et internum non possunt unum idemque habere principium obiectivum domesticum primum adaequatum, §. 183, 89.

§. 187.

Ignorantia et error vincibiles sunt, quam vel quem ita aliquis evitare 20 poterat, ut non vitasse possit ipsi imputari in demeritum valide. Quam autem ignorantiam, quem errorem aliquis dictis modis evitare non poterat, invincibiles sunt. Iam cum omnis ignorantia, et multo magis error, sit imperfectio, M. §. 515, quae vitare absolute, physice, moraliterque poteramus, sunt vincibilia in foro interno, §. 180, 39. Quaemadmodum autem de ignorantia et errore internis 25 prorsus non iudicat forum externum, §. 183, ita declarata etiam tunc demum vincibilia sunt in foro externo, si contra leges externas fuerint, aut externe aliquis obligatus fuerat ad ignorantiam vel errorem ea, talia, tanta vitanda. Ignorantia eorum, quae nosse externe non obligamur, error in iis, in quibus vera nosse non externe [127] obligamur, in foro externo censenda sunt invincibilia, §. 180.

30 §. 188.

Cum multa varia in facto possint attendenda esse foro interno, non tamen externo, e. g. mentalia, intentio dissimulata omnino, clandestinae penitus causae impulsivae, defectus prorsus occulti, et de quibus lex stricte dicta nulla quicquam determinat applicabilis, §. 183, 184, potest esse ignorantia et error facti in 35 foro interno essentialis, in foro tamen externo qui sit extraessentialis, §. 128, praesertim gradus facti certus potest in foro interno momentum facti esse et quaestio essentialis, in externo tamen extraessentialis, §. 129. Hinc ne gradus pro ratione legis internae attendendi ab imputaturo secundum forum internum confundantur cum attendendis in foro externo pro ratione legis cogentis, §. 174, 40 180. Habes novum exemplum cognitionis mathematicae forensis in rationibus fori interni et externi subtiliter nonnumquam, sed utiliter, distinguendorum, §. 130.

§. 189.

Quod videtur inevitabile, de quo 1) illud esse factum externum 2) in quocumque statu EXTERNE i. e. per leges externas LICITO evitari potuisse 3) alter homo imputatur non potest, saltim moraliter certus [128] esse, id non recte imputatur ab hoc in foro externo, §. 131, 181. Quod videtur infortunium, de quo 1) illud esse factum externum 2) legibus externis i. e. EXTERNE ILLICITUM 3) alter homo imputaturus ne moraliter quidem certus esse potest, illud non recte imputatur in foro externo, §. 132, 181. Quod videtur facti CONSECTARIUM PER ACCIDENS i. e. non necessario ex eodem fluens s. dependens, de quo 1) illud secundum leges externas praevidendum dictis modis §. 133 fuisse 2) alter homo imputaturus ne moraliter quidem certus esse potest, illud in foro externo non recte imputatur, §. 133, 181.

§. 190.

Quae certo in statu (pro nunc et sic) supra vel extra potestatem alicuius posita sunt secundum quid, ita tamen, ut hanc impotentiam antegressi facti consectarium secundum leges externas praevidendum dictis §. 133 modis fuisse alter homo imputaturus, moraliter saltim, certus esse possit, eorum omissio in foro etiam externo recte imputatur, §. 134, 181. Inevitabile secundum quid, cuius evitandi impotentiam esse consectarium certi status moralis, quod per leges etiam externas praevidendum fuisset, alter homo imputaturus, moraliter saltim, certus esse potest, in foro etiam externo recte imputatur, [129] §. 135, 181. Quod aliquis praevidere non potuit in certo statu, de quo statu alter homo imputaturus, saltim moraliter, certus esse potest, illum esse consectarium alius status moralis, etiam per leges externas praevidendum dictis §. 133 modis, illud in foro etiam externo recte potest imputari, §. 136, 181.

§. 191.

Methodica imputatio legis in foro externo est PROCESSUS. Hinc processus tumultuarius implicat, M. §. 515. Processus ultima conclusio s. episyllogismi imputatorii ab eo formata, qui valide et externe imputandi ius habet, est SENTENTIA (decisiva). Methodica collectio eorum, quae sententiae recte formandae a iureconsultis adhuc necessaria sunt, vel videntur, ACTA nominatur. Sententia (decisiva) non nisi actis completis recte formari potest, §. 144. Cum uni homini rigorose etiam, multo magis moraliter, certum aliquid esse potest, quod tamen alteri, ne moraliter quidem, certum est, sententiam autem laturus ipse, moraliter saltim, certus esse debeat, de eo, quod iudicat, §. 144: multa non solum vera, sed etiam huic illive rigorose, aut multo magis moraliter certa esse possunt, nondum tamen talia sententiam laturo si sint, secundum il[130]la forum externum non potest recte imputare. Cum e contrario quaedam, etiam moraliter certa huic vel illi, e. g. sententiam laturo, tamen possunt esse falsa, et aliis quidem certae, saltim moraliter, falsitatis, §. 28, secundum quaedam falsa, immo de quorum falsitate alii convicti forsan sunt, forum externum tamen potest recte imputare, §. 137.

§. 192.

Nullae determinationes actionesve, quantumvis liberae, nulla earum antecedentia, concomitantia, consequentia, quantumvis moraliter possibilia certo auctori fuerint, nulla earum consectaria, quantumvis moralia, 1) quae adeo interna 5 fuerint, ut alter homo de iisdem et dependentia eorundem a libertate alterius ne moraliter quidem certus esse possit, 2) de quibus leges externae et stricte dictae nihil determinant, s. quae non pertinent ad campum legum cogentium, §. 72, in foro externo imputabilia sunt, §. 191, 180.

§. 193.

10 Imputabilium secundum §. 147. cum multa sint 1) interna tantum, 2) quae ita possunt a libertate mediate et per indirectum pendere, ut possint etiam fortuita, vel infortunia esse, adeoque alter homo saepe ne moraliter quidem certus esse va[131]leat, an sint in dato casu libera, nec ne, 3) legibus stricte dictis non determinata, multa eorum non erunt in foro externo imputabilia, §. 192, quae 15 sunt tamen in internis, §. 180, et evidens exemplum dabunt explicaturis, quam necessaria sit recte imputaturis fororum distinctio, §. 186. Paria notentur in imputandis homini brutorum actionibus, §. 149, et diiudicanda causa morali stricte dicta, §. 150. 157.

§. 194.

**3ff.** *L Bl. (6 : 15 cm) enthält verschiedene Notizen und Daten persönlicher Art; dazu kommen Bemerkungen physikalischen, religionsphilosophischen und moralischen Inhalts, alle kreuz und quer durcheinander.*

**18ff.** *Zu dieser Rfl. vgl. VI 400 f. || Ein von Kants Hand beiderseits beschriebenes Blatt von etwa $6^1/_2$ : 7 cm im Völkerschlacht-Museum zu Leipzig-Thonberg. Außer obigen moralphilosophischen Bemerkungen enthält es noch verschiedene persönliche Notizen. Nachstehend kommt eine Anzahl zum Abdruck, aus denen sich Schlüsse auf die Abfassungszeit ziehen lassen. Auf S. I heißt es:* Die lediggewordenen Bouteillen vom Azoren Wein an H. Geh. R. Pott mit Dank zu schicken.

*Über Kants Verhältnis zu Geh. R. Pott vgl. E. Adickes „Kants opus postumum“ S. 145 f. Kant hat wiederholt Azorenwein von Pott geschenkt bekommen,*

mir selbst thue, ob es gut oder böse sey, gefragt, sondern nur nach der Zuverlässigkeit der Declaration sich selbst Wort zu halten, gleich als ob eine höhere Macht zur Guarantie aufgerufen wäre —; conscientia absoluta ist hier der hypothetica contra = distinguirt. Die Bedingung ist logisch;
5 gehört nicht zur Moral oder Ästhetik. Vestigkeit des Vorsatzes ist Worthalten.

---

*und auch von der Rückgabe leerer Flaschen ist zweimal die Rede, beidemal wahrscheinlich im Dez. 1799. Unser L Bl. stammt aber sicher aus späterer Zeit, wie folgende Bemerkung auf S. II beweist:*
10 Die Frau Prof: wird um Bischof gebeten.
H. Prof. Rink hat den 1ten, 2ten und 4ten Band von Kants vermischten Schriften. Ebenderselbe das Leben von Ruhnkenius.
*Die letztgenannte Schrift wurde Kant am 9. Febr. 1800 von D. Wyttenbach (vgl. XII 295 f.) übersandt. Mit* Kants vermischten Schriften *kann nur die un-*
15 *rechtmäßige Ausgabe von Voigt-Jena (Bd. I—III 1797; Bd. IV 1798) gemeint sein, da der IV. Bd. der Tieftrunkschen Ausgabe erst 1807 erschien. Auf dem Brief v. Högelmüller vom 12. Jan. 1801 hat Kant auf der Briefseite die Bemerkung gemacht:* Brief nach Danzig um von der Gemahlin des H. Prof. Rink seiner Gemalin 15 Bouteillen Bischof mir zu besorgen, eher der Winter eintritt. Der
20 H. Doctor Hagen wird auf Begehren immer guten Bischof verfertigen. *Auf S. IV desselben Briefbogens schreibt Kant:* Ob auch H. Caplan Wasianski einige Bouteillen guten Bischof verfertigen und für den Winter einen hinreichenden Vorrath verfertigen kan, oder ob die Frau des H. Prof. Rink, die es versteht, eine genugsame Menge davon verfertigen und sie in Danzig verfertigen und nach Königsberg
25 schicken müsse. *Diese beiden Bemerkungen werden im Sommer oder Herbst 1801 niedergeschrieben sein und die Notiz auf unserem L Bl. vermutlich zur selben Zeit. Wären Mellins Briefe alle erhalten, so würde folgende Bemerkung von entscheidender Bedeutung für die Datierung sein:* dem H. Prediger Mellin zu melden, daß der dritte Theil der Prüfung den von Maimon u. Aenesidemus gemachten Einwürfen
30 abhilft. *Leider ist aber der betr. Brief Mellins verloren gegangen.*

**2** *R.-Sch.:* Erklärung *statt* Declaration. || **5** ist? im *(so R.-Sch.)?*



# Rechtsphilosophie.



# Erläuterungen

zu

G. Achenwalls

# Iuris naturalis

pars posterior.



# Reflexionen

zur

# Rechtsphilosophie.

---



# IURIS NATURALIS
## PARS POSTERIOR
COMPLECTENS
## IUS FAMILIAE
# IUS PUBLICUM ET IUS GENTIUM
IN USUM AUDITORUM
AUCTORE
## GOTTFR. ACHENWALL.
JURIS ET PHILOSOPHIAE SPECIATIMQUE IURIS NATURAE ET GENTIUM ATQUE POLITICES PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA.

EDITIO QUINTA EMENDATIOR CUM PRIVILEGIO

GOTTINGAE
SUMTIBUS VICTORINI BOSSIEGELII
CIƆIƆCCLXIII.

---

## [III] CONSPECTVS UTRIUSQUE PARTIS HUIUS OPUSCULI.

*II. Tractatio* ipsa singularum Iuris Naturalis partium.

LIBER I.

Ius Naturale strictissime dictum.

Statua naturalis, qui concipitur sine facto iuridico, est absolutus; qui ex facto iuridico, hypotheticus; ex facto iusto, hypotheticus stricte; 5
ex facto iniusto, status laesionis, qui evadit status belli. Unde *Ius Nat.* triplex nascitur: *Absolutum*, *Hypotheticum*, *Belli*, §. 61, 62.

*Sect. I.* Ius Natur. Absolutum §. 63

tradit singulorum iura atque obligationes circa
1. se ipsos *tit.* I. §. 64. 10
2. aequalitatem *tit.* II. 69.
3. libertatem *tit.* III. 77.
4. declarationem mentis *tit.* IV. 87.
5. existimationem *tit.* V. 96.
6. res vacuas *tit.* VI. 106. 15

[V] *Sect. II.* Ius Natur. Hypotheticum, §. 109.

Quidquid adquiritur, est vel res nullius, vel accessorium rei suae, vel alienum. Unde triplex oritur adquirendi modus: Occupatio, Accessio, Pactum.

I. de Occupatione, cuius consideratur 20
  1. natura et quidem
    A. occupationis verae *tit.* I. 110.
    B. occupationis putativae *tit.* II. 125.
  2. effectus
    A. in genere dominium *tit.* III. 136. 25
    B. in specie
      a. ius utendi fruendi re sua, hinc *ius accessionis tit.* IV. 146.
II. de Accessione,
      b. ius disponendi de re sua *tit.* V. 156.
III. de Pacto, cuius traduntur 30
  1. requisita *tit.* VI. 165.
  2. effectus *tit.* VII. 182.
  3. species, pacta benefica et onerosa,
    A. in genere,
      a. praestruunt cognitionem pretii et pecuniae *tit.* VIII. 198. 35
  [VI] b. explicantur usitatiora *tit.* IX. 208.
      c. cum eorum accessoriis
        α. cautionibus *tit.* X. 224.
        β. iuramento *tit.* XI. 230.
    B. in specie, quae sanciuntur mortis causa, uno verbo successio pac- 40
    ticia *tit.* XII. 236. Successio fit

a. citra dispositionem defuncti, et est species occupationis §. 237.
b. ex eius dispositione
α. pacticia 238.
β. testamentaria, quae in Iure Natur. exulat 239.
5 * spurius adquirendi modus est praescriptio §. 241.
4. Modi, quibus ius ac obligatio pacticia tolluntur *tit.* XIII. 242.

*Sect. III.* Ius Naturale Belli §. 258

agit de modis
1. ius suum violatum persequendi *tit.* I. 259.
10 2. lites finiendi *tit.* II. 286.

[VII] Liber II.
Ius Sociale Universale
speciatim
Ius Societatum Domesticarum Universale.

15 Haec tractatio ad Civitatem cognoscendam viam sternit: eaque de causa considerat tum *Ius Sociale in genere*, tum eas societates, ex quarum coniunctione promanat Civitas, hoc est familias; ideoque et illas societates simpliciores, ex quibus ipsa familia componitur, h. e. societatem coniugalem, parentalem atque herilem, uno verbo *societates domesticas*.

20 *Sectio* I. Ius Sociale Univ. in genere.

Consideratur
I. in genere societas *tit.* I, quoad eius
1. notionem §. 1.
2. ius universale 4.
25 A. intrinsecum 5.
B. extrinsecum 14.
II. in specie societas
1. aequalis *tit.* II. 22.
2. inaequalis *tit.* III. 32.

30 [VIII] *Sectio* II. Ius Societatum Domesticarum Universale §. 41.

I. simplicium
1. Ius Matrimonii *titulus* I. 42.
2. Ius Societatis Parentalis *tit.* II. 53.
35 3. Ius Societatis Herilis *tit.* III. 65, speciatimque dominicae 71.
II. compositae ex his simplicibus seu familiae *tit.* IV. 78.

## Liber III.
## Ius Civitatis Universale
speciatim
## Ius Publicum Universale 85.

Iam Civitatis Ius pertractandum, tum Intrinsecum, quo praecipue continetur *Ius Publicum Universale;* tum Extrinsecum, quo potissimum pertinet *Ius Gentium Universale* §. 86, 87. 5

### *Sectio* I. Ius publicum Univ. in genere.

Considerantur
I. generatim civitatis 10
1. characteres 89.
2. fundamentum, pactum unionis civ. 91.
[IX] II. speciatim imperium civile, quale competit
1. populo vi originis 94.
2. imperanti civili, in quem translatum 97. vi pacti subiectionis 98; 15
eiusque imperii
A. divisio in
a. plenum vel minus plenum 99.
b. absolutum vel restrictum 100.
B. obligationes et iura connexa 101. 20
C. extensio 106.
D. limites 107.
III. specialius diversae rerumpubl. formae e legibus fundamentalibus cognoscendae 109. 110.

Ius Publicum Univ. tradit iura ac obl. Imperantis et subditorum civilium 25 mutuas, quae vel 1) ex notione civitatis et imperii civilis per se, 2) vel posita simul speciali Reip. constitutione, 3) vel denique posita laesione civis colligi possunt. Unde tria Iuris Publ. Univ. capita deducuntur.

### [X] *Sectio* II. Ius Publicum Absolutum seu de regimine civitatis. 30

Ad iura maiestatis per se consideratae pertinet
1. in statu Reip. ordinario
A. generatim *tit.* I. potestas
a. legislatoria 113.
b. exsecutoria 117. 35
c. inspectoria 119.
B. speciatim
a. quoad media fini reip. in servientia s. vires civitatis *tit.* II. ius
𝔄. munerum civilium 120 et hinc dignitatum civilium 122.
𝔅. redituum publicorum 123 et hinc tributorum 125. 40
b. quoad finem reip. s. salutem publicam et quidem

I. intrinsecam
𝔄. securitatem *tit.* III.
a. potestas iudiciaria 126.
b. ius armorum 129.
5 𝔅. felicitatem *tit.* IV.
a. in genere 130.
b. in specie ius
[XI] α. politiae 131.
β. circa religionem et ecclesiam *tit.* V. 132.
10 II. extrinsecam *tit.* VI.
𝔄. in genere 142.
𝔅. in specie
a. ius conventionum publicarum et foederum 142.
b. ius legationum 143.
15 c. ius belli et pacis 144.
2. in statu Reip. extraordinario ius eminens *tit.* VII. 145, complectens et dominium eminens et potestatem eminentem 146.

*Sectio* III. Ius Publicum Univ. Hypotheticum, s. de diversis rerump. formis.
Pro differentia legum fundamentalium Respublica est
20 I. simplex, eaque
1. pura
A. monarchia *tit.* I. 149, quae diversa esse potest quoad modum
a. exercendi imperium, quod est
𝔄. plenum et absolutum 151, vel
25 𝔅. minus plenum aut limitatum 152.
b. habendi imperium *tit.* II, qui modus est
[XII] 𝔄. originarius, pactum 158.
𝔅. derivativus, unde monarchia ipsa est
a. generatim
30 electicia 160, vel
hereditaria 165, vel
mixtae successionis 167.
b. speciatim hereditaria est vel successionis patrimonialis 169, vel
35 iure familiae hereditaria 171.
B. respublica stricte d. *tit.* III. speciatimque
a. democratia 174.
b. aristocratia 180.
2. mixta 186.
40 II. composita ex pluribus Rebusp. h. e. systema foederatarum Rerump. 190.

*Sectio* IV. Modi ius suum persequendi in Civitate.

Civis laedens est
1. subditus civilis 191, contra quem competit Imperanti Civili
 A. generatim ius cogendi 193. 5
 B. speciatim circa eius delicta et quasi-delicta ius puniendi 194.
 C. specialius circa crimina atrocia ius necis 197.
[XIII] 2. imperans civilis, qui laedit
 A. singulum subditum 200, unde ius subditi laesi
  a. principale, placidis modis quaerendi iuris sui consecutionem, 10
  b. subsidiarium, ius egrediendi e civitate 202.
 B. integrum populum aut certe partem eius insignem 203, ex quo imperii abusu tandem enasci potest
  a. in monarchia tyrannis 204. circa quam
   A. vera principia iuris stabiliuntur 205. 15
   B. spuria refutantur
    a. Machiavellistarum,
    b. Monarchomachorum 206.
  b. in Aristocratia oligarchia,
  c. in Democratia ochlocratia 207. 20
   * additur sententia nostra de Iure Civili Privato Universali.

## Liber IV.

## Ius Gentium Universale.

Ordo sectionum ex conspectu Iuris mere Naturalis intelligi potest.

*Sectio* I. Ius Gentium Univ. in genere. 25

Iuris Gentium Univ.
1. conceptus 209, 210.
2. extensio 211.
3. differentia a Iure N. in genere et Iure mere Nat. singulorum 213.

[XIV] *Sectio* II. Ius Gentium Univ. absolutum 30

tradit
1. generatim iura atque obligationes gentium absolutas 214.
2. speciatim
 A. ius in sui conservationem 215. addito favore necessitatis 217.
 B. ius libertatis naturalis 218. 35
 C. ius existimationis aequalis 220.
 D. ius sese perficiendi, adquirendi et potentiam augendi 223.

*Sectio* III. Ius Gentium Univ. Hypotheticum

considerat Gentis
1. dominium et ius territoriale *tit.* I. 40
 A. in genere 224.

B. in specie ius
a. exteras gentes arcendi a territorio suo 226.
b. loca et res vacuas territorio inclusas sibi proprias habendi 227, item
c. accessoria territorii 228.
5 d. peregrinos tamquam subditos temporarios spectandi 229.
e. occupandi 231.
f. derelinquendi 233.
g. exteris ius constituendi in territorio suo 234.
[XV] 2. Ius Pactorum Publicorum *tit.* II.
10 A. in genere de pacti publici 234.
a. requisitis 235.
b. effectibus 239.
B. in specie
a. de foedere 241.
15 b. de conventionibus gentium accessoriis
A. guarantia 243.
B. pacto de dando obside 245.
3. Ius Legationum *tit.* III.
Legati 246. iura ac obligationes
20 A. in genere 247.
B. in specie
a. circa admissionem et transitum per alterius gentis territorium 248.
b. admissi et ex pacto transeuntis legati
A. generatim 252.
25 B. speciatim
a. exterritorialitas 253.
b. inviolabilitas et sanctitas 256.
c. ius, genti mittenti adquirendi, eamque obligandi ex pacto suo 258.

30 *Sectio* IV. Ius Belli Gentium

tradit
1. ius gentis laesae in laedentem
[XVI] A. in genere 259.
B. in specie
35 a. ius repressaliarum 260.
b. ius retorsionis 261.
c. ius belli publici 262, ubi docetur
A. causa belli iustifica
a. vera 263.
40 b. spuriae 264.
B. ius circa belli initia 267.
C. ius in bello 269.

---

# IURIS NATURALIS

## Liber II.

# IUS SOCIALE UNIVERSALE

## SPECIATIM

# IUS SOCIETATUM DOMESTICARUM. 20

## Sectio I.

## IUS SOCIALE UNIVERSALE IN GENERE.

### §. 1.

Consideravimus parte operis huius priori iura atque obligationes naturales, quae in *statu* hominum singulorum extrasociali seu *naturali* obtinent: nunc ad 25 eas, quae ex *statu sociali* deducuntur, explicandas accingimur §. 60 et 61, part. I. Repetendum hic vero e [2] Prolegomenis Iuris Naturalis, quod, si plures ad obtinendum finem quendam communem non-transitorium seu perdurantem iungant vires, ex tali coniunctione seu *consociatione* oriatur *societas*. Consistit igitur SOCIETAS in unione plurium ad persequendum finem communem non-transi- 30 torium, seu consistit in eo statu perdurante plurium, quo iunctis sive unitis viribus ad eundem finem consequendum tendunt. Singuli ita uniti appellantur SOCII (membra societatis), et sociorum eiusdem societatis complexus etiam *societas* vocatur, §. 82, Proleg. Coivere igitur homines ea potissimum ex ratione in societates, ut tales fines, qui usum virium per multos actus successivos continuatum 35 requirunt, et sine aliorum auxilio, §. 273, part. I, vel plane nequeunt vel difficilius possunt obtineri, consequi daretur. Atque ita factum est, ut homines

***7323.*** *ψ. J 3. Zu § 3 „societatis salus“:*
formaliter non nisi in unionis perfectione, qvisqvis sit finis.

***7324.*** *ψ. J 4. Ferner zu „progressu ad finem suum socialem“:*
ex arbitrio ipsorum constituendum.

5 ***7325.*** *ψ. J 4. Zu „tanquam una persona“:*
non semper sed quoad negotia socialia.

***7326.*** *ϱ? σ? J 4. Zu dem Schlussatz von § 3:*
Im Staat mögen einzelne Glieder als Verschwender verarmen, wenn nur der Staat blüht, eben so societät der handlungsleute.

---

10 praeter illam *societatem universalem*, cuius quilibet per ipsam naturam constituitur membrum, §. 82 et 83, Prol., in plures coalescerent *societates particulares*, §. 91, Prol.: de quibus, quod ad earum iura atque obligationes naturales easque perfectas et externas attinet, nunc exponendum.

[3] Titulus I.

15 DE

SOCIETATE IN GENERE.

1. F. Langemackii *allgemeines gesellschaftliches Recht*, Berlin 1745. 8.

§. 2.

Cogitatur vero in omni societate 1) *finis communis*, ergo *unio voluntatum* et 20 *bonum commune*, ad quod obtinendum omnes socii conferunt vires, ut obtentum in omnes redundet; 2) *unio virium*, tamquam medium finis socialis, hinc cooperatio omnium sociorum, ad mutuum sibi praestandum auxilium (adiutorium), §. 273, I, in omnibus iis, sine quibus finis societatis obtineri nequit; 3) *plura negotia socialia*, hoc est fini societatis inservientia, a sociis peragenda, §. 1.

25 §. 3.

Ceterum societates potissimum differunt *fine*, cuius gratia ineuntur; et cuiuslibet Societatis salus consistit in progressu ad fi[4]nem suum socialem consequendum haud impedito, §. 85, Prol.; *societasque omnis*, pro coetu sociorum sumpta, quatenus generatim consideratur, *tamquam una persona* ea propter *spectatur*, quia 30 omnes socii iunctis viribus ad eundem finem contendunt, §. 92, Prol.

§. 4.

Scientia legum naturalium posito statu sociali observandarum vocatur ius sociale universale (Ius Sociale Naturale, Ius Naturale Societatum). Ergo

***7327.*** *ι. J 6. Zu § 6 „nexus iuridicus, nexus socialis“:*
Societas vel Ethica vel iuridica.

---

***7328.*** *ϱ? J 6. Zu § 7, später durchstrichen:*
non in omni societate est communitas bonorum aliqvorum.

---

Ius Sociale Universale est Ius Naturale ad societates applicatum, docetque iura atque obligationes naturales, quae posita demum societate quadam particulari concipi possunt. 5

§. 5.

Societas considerari potest vel *intrinsece* et per se, respectu *sociorum suorum;* vel *extrinsece*, respectu *extraneorum* (exterorum), hoc est non-sociorum: inde *Ius Sociale Universale* in Intrinsecum et Extrinsecum dispescitur. 10

[5] *Ius ergo Sociale Universale Intrinsecum* tradit iura atque obligationes naturales, quae sociis erga se invicem competum, et potissimum eas, quae ipsis competunt qua talibus, quae IURA atque OBLIGATIONES vocantur *stricte* et *simpliciter* SOCIALES, et diversae sunt ab iis, quae sociis erga se invicem competunt, licet tantum ut homines considerentur, quippe haec iura atque hae obligationes sunt simpliciter naturales. 15

Atque eodem significatu etiam *lex socialis*, *suum* et *officium sociale* sumuntur *stricte*, si nempe posita demum societate enata, et vi eiusdem talia facta sunt; cum latiori significatu *lex*, *obligatio*, *ius*, *suum*, *officium* appellentur *socialia*, quae quomodocumque ad Ius Sociale Universale possunt referri. 20

§. 6.

Supponenda igitur est societas, cuius socii sibi invicem ad finem communem *perfecte obligantur.* In hac ponitur 1) *obligatio* cuiuslibet [6] socii erga quemlibet consocium ad facienda, quae ad finem socialem consequendum pertinent, et hinc 2) *ius* socii cuiuslibet in quemlibet consocium, ut faciat, quae ad finem socialem obtinendum pertinent. Ergo *in omni societate ponitur obligatio quaedam socialis, mutua, affirmativa, ideoque etiam ius quoddam sociale, mutuum, affirmativum.* Nexus iurium atque obligationum inter plures est NEXUS IURIDICUS, nexus iuridicus inter socios, qua tales, est NEXUS SOCIALIS (sensu iuridico). Quare *in omni societate ponitur nexus quidam*, qui *inter socios omnes* intercedit, *socialis.* 25 30

§. 7.

Ergo *quilibet socius commune bonum promovere;* hinc omittere, quae saluti societatis adversantur, committere, sine quibus finis socialis obtineri nequit, eius remedia adhibere, impedimenta removere *tenetur; non tamen ultra quam potest*, §. 8, I. 35

***7329.** ϱ? J. 7. Ferner zu „bonum commune — tenetur", ebenfalls später durchstrichen:*
dubito

***7330.** ψ? J 7. Ferner nach „salus societatis suprema societatis":*
5 non sociorum singularium.

***7331.** υ—φ? ψ? J 7. Zu § 9 „quae citra pactum coalescit":*
quae fieri debet.

***7332.** υ—φ? ψ? J 7. Zu „necessaria (legalis)":*
naturalis (qvoad obligationem), e. g. Eltern und Kinder.

10 ***7334.** ι. J 7. Ferner:*
Nulla societas necessaria nec familiae.

***7335.** ι? υ?? J 8. Zum Schluss:*
Forma societatis est essentiale, ipsius [materia] iuridice spectatum materia est essentiale pragmatice.

15 *14* pragmatice? pragmaticum?

[7] Quatenus igitur socius ad faciendum, quod bonum commune concernit, obligatur, eatenus *bonum commune bono sibi proprio* (privato) *praeferre tenetur.* Hinc *bonum commune* et *salus societatis suprema societatis lex* dicitur. Atque ex his obligationibus socialibus iura socialia correlata intelliguntur.

20 §. 8.

Si sumatur *societas* ex *pluribus quam duobus* hominibus *composita;* extenditur obligatio socialis singuli cuiusvis socii in plures consocios et totam societatem, concipiturque simul vice inversa obligatio socialis totius societatis erga singulum quodque societatis membrum. Atque ita in eiusmodi societate *ius* quoddam so-
25 ciale *universorum in singulos, singulique* cuiuslibet *in universos* concipitur.

§. 9.

Societas, quae pactoconstituitur, est voluntaria (pacticia); quae citra pactum coalescit, necessaria (legalis). Sumamus [8] nunc societatem voluntarium, quippe quo ad unam fere omnes pertinent. Cum fundamentum iuris et
30 obligationis socialis societatis voluntariae e pacto repetendum sit; *societas voluntaria pacto valido nitatur, necesse est,* quoniam ex pacto invalido nullum ius nullaque

***7336.*** *κ? ρ—σ? J 8.*

Nicht alle societät auch zum Guten Zweke ist erlaubt, und die an sich erlaubte ist nicht immer durch Gesetze beveftigt.

---

***7337.*** *ρ?? φ?? J 8. Zu § 10 „ex pacto et fine societatis“:*
non sociorum 5

---

***7338.*** *ρ?? φ?? J 9. Zu § 10 Schluss „finis vero socialis“:*
sociorum

---

***7339.*** *σ. J 9. Ferner zu „in subsidium dumtaxat“:*
ad explicandas leges societatis.

---

***7340.*** *ι—κ. J 9. Zu § 11 „libertas naturalis sociorum restringitur“:* 10

libertas (⁹ moralis externa) vel est Ethica, qvatenus aliqvis nemini ethice obligatur, qvatenus vero nemini iure tenetur, est libertas iuris.

---

obligatio pacticia nascitur. Et quoniam societas, quae pacto dumtaxat praesumpto, vel quae iniusto nititur, ius et obligationem socialem producere nequit, ideoque 15 non est societas intrinsece et per se spectata, §. 5, 6; *ponenda societas voluntaria* talis, *quae pacto expresso vel tacito innititur, quaeque non ad iniustum finem persequendum coalescit,* SOCIETAS non illicita, sed LICITA, quae et dicitur LEGITIMA.

§. 10.

In societate igitur pacticia 1) et *obligationes sociales* et *iura socialia* ex *pacto* 20 et *fine* societatis *dimetienda sunt,* ideoque 2) quilibet *socius facere obligatur, quae ad consequendum finem socialem facere potest, et* praeterea etiam, *de quibus, ut ab ipso fiant, specialiter conventum.* [9] 3) Quoniam vero pacto expresso iura atque obligationes sociales, quae e fine sociali colliguntur, pacto speciali tum restringi tum extendi possunt, consensus vero expressus tollat consensum tacitum con- 25 trarium; consequitur, ut *in aestimandis iuribus atque obligationibus societatum voluntariarum primario pacti, finis vero socialis in subsidium dumtaxat sit habenda ratio,* conf. et §. 194, I.

§. 11.

Consideranda porro hoc loco *societas,* qualis est *ab origine,* quae scilicet 30 coalescit ex hominibus, qui singuli hactenus in statu constituti erant naturali. Posita societate ponitur status socialis, et eatenus cessat singuli cuiusque socii status naturalis respectu consociorum et societatis suae. Hinc et *libertas naturalis sociorum restringitur quoad eas actiones, circa quas vi initae societatis contraxere*

Nemo libertatem suam iactare praesumitur, h. e. alteri gratis ius in persona sua constituere. Ad rem suam iactare aliqvis potest ita, ut [ipsi] aliis ius constituat ab usu alicuius rei arcendi. E. g. Donans non praestat erictionem qvin pacto donatorio.

---

5 **7341.** *ι—κ. J 9. Ferner:*
er [schränkt die] verliert von der natürlichen und erwirbt die conventionelle freyheit.

---

**7342.** *υ—φ. J 9. Zu „superest libertas et status naturalis“:*
residuum libertatis naturalis.

---

10 **7343.** *σ—φ. J 10. Zu § 12 „consocium laedit“:*
qvoad iura socialia.

---

**7344.** *ψ. J 10. Zu § 13 „laeso ius est postulandi ab universis“:*
et universis ius laesi contra laedentem (delictum publicum).

---

*4* qvin pacto? qvia pacto?
15 *9* libert: nat:

---

*obligationem.* E contrario quoad eas, in quibus ut socii spectari non possunt, ipsis adhuc superest libertas et status naturalis. Quamobrem *socii in iis causis, in qui*[10]*bus ut socii spectari non possunt,* invicem *utuntur Iure mere Naturali,* si nempe societas consideretur, qualis est ab origine.

20 §. 12.

*Si socius consocium laedit, ius laesi in laedentem ex pacto et fine sociali metiendum est,* §. 10. Quod si vero res in abstracto spectetur, *laeso contra laedentem competit ius cogendi vel etiam discedendi a societate,* §. 284, I.

Quamobrem *si singulus laedit universos* seu integram societatem, *ab universis* 25 *cogi vel a societate excludi potest; si* contra *singulus ab universis laeditur; laeso cogere universos, vel excedere societate licet.*

§. 13.

Ceterum si socius consocium laedit ita, ut eius factum pacto vel fini sociali repugnet; universi simul laedi intelliguntur, et laeso ius est postulandi ab 30 universis auxilium contra laedentem, §. 2. Atque ita *societati integrae, cogen*[11]*di vel excludendi laedentem non tantum ius nascitur, sed obligatio etiam.*

§. 14.

*Ius Sociale Universale Extriusecum* explicat iura atque obligationes naturales, quae sociis erga extraneos competunt; consequenter huc pertinent, quaecumque singulo cuivis socio vel universae cuilibet societati respectu tum singulorum exterorum, tum aliarum societatum, earundemque sociorum singulorum tribui possunt. 5

§. 15.

Cum socii coniunctis viribus ad communem finem agant, atque ideo iura ac obligationes cum tali fine talique virium usu connexa, ipsis communia sint; *societas est persona moralis* (corpus mysticum, morale), §. 92, Pr., et ab exteris 10 tamqam talis spectari et debet et potest.

§. 16.

Porro societas vi originis respectu exterorum est·*persona* in statu naturali degens, ideo[12]que *libera*, §. 77 et §. 96, Prol. et §. 11, hinc ab exteris tamquam libera spectanda. Quamobrem etiam *plures societates* diversae *naturaliter*, 15 hoc est vi originis, *considerandae sunt ut* plures *personae liberae, quae erga se invicem utuntur Iure mere Naturali.*

§. 17.

Quoniam societas, quae ad persequendum finem iniustum coalescit, ex. gr. caterua latronum, sua natura atque ab ipsa origine est illicita, §. 9, animumque 20 laedendi manifeste prodit, §. 270, I; *exteris* ex iure securitatis *competit ius non patiendi*, ut *societas, quae ad finem iniustum coalescit, subsistat, hinc ius cogendi* singulos et universos, *ut discedant ab hac unione iniusta, atque* ita *societas dissolvatur.*

§. 18.

E contrario societati legitimae competunt respectu extraneorum iura, quae 25 cuilibet personae liberae sunt tribuenda, §. 16: ergo etiam ius in sui, qua societatis, unionisque ergo suae socia[13]lis conservationem, porro ius finem socialem quibuscumque actionibus, modo non iniustis, persequendi, ius aequalitatis, existimationis bonae simplicis et reliqua iura status naturalis absoluta. Inde concipiuntur *iura societatis absoluta*, quae scilicet cum ipso societatis ortu ipsi co- 30 oriuntur.

§. 19.

Nec minus eiusmodi societas rerum a se occupatarum fit domina, rerum sibi propriarum accessoria ipso iure, et alienum pacto adquirit. Hinc intelliguntur *iura societatis adquisita.* 35

§. 20.

Denique laesae societati contra extraneum laedentem competit ius cogendi, ius violentiae, belli, indemnitatis, defensionis, praeventionis, et reliqua iura laesi

***7345.*** *ϱ—σ. J 15. Zu § 23 „nemini competit praerogativa, nemini“:*

singulo sed universis.

---

***7346.*** *ι? ϰ—λ? J 15. Ferner zu „attamen societas esse potest*
5 *aequalis“:*

si tantum voluntas sit aeqvalis, etiamsi commoda non sint aeqvalia.

---

in laedentem. Atque ita concipi possunt *iura laesae societatis in laedentem* extraneum aliamque societatem laedentem.

[14] §. 21.

10 Quemadmodum vero iura mere naturalia liberae societati competunt, ita quoque *obligationibus mere naturalibus* ipsa adstringitur. Tenetur itaque tribuere cuilibet extraneo, quod eius est, iura eiusdem connata vel adquisita non violare, stare promissis, debita solvere, damnum datum reparare cet. Inde concipiuntur *obligationes societatis absolutae* et *hypotheticae seu iusto seu iniusto facto contractae.*

15 Titulus II.

De

SOCIETATE AEQVALI.

§. 22.

Ius socii, determinandi pro arbitrio, quae a consocio facienda sunt, est
20 imperium; et persona, cui competit imperium, superior (imperans) est. Societas, in qua reperitur superior, seu in qua aliquis sociorum habet imperium in consocium, inaequalis (re[15]ctoria); sin minus, aequalis (aequatoria) dicitur. Posito imperante ponitur subditus (inferior, subiectus), qui imperio alterius subest, seu ab eo dependet, et subiectio, dependentia alicuius ab
25 imperio alterius, §. 74 et 75, I.

§. 23.

Si societas ab origine simpliciter contrahitur; omnium sociorum ad finem communem persequendum eadem est obligatio et idem ius, §. 6, hinc omnes sunt aequales, §. 70, I, nemini competit praerogativa, §. 72, I, nemini imperium,
30 §. 72, I et §. 22. Quare *societas* eiusmodi (ergo *omnis*, ceu hoc loco spectatur, §. 9 et §. 11) *naturaliter est aequalis*, §. 22. Immo licet expresse conveniatur, ut socio alicui ius competat, quo ceteri carent, vel ut socius ad quid praestandum obligatus sit, ad quod ceteri non tenentur; attamen societas esse potest aequalis, quoniam datur praerogativa, quae non est imperium, et datur obligatio prae-
35 cipua, quae non est subiectio.

*Desgleichen zu dieser Stelle:*
so lange sie sich wechselseitig zwingen können.

---

**7347.** *ι? J 16. Zu § 24 „consensu est determinandum“:*
per leges vel decreta.

---

**7348.** *ι. J 16. Zu § 25 „semper eodem modo“:* 5
Mutatis legibus conventionalibus societas mutatur.

---

**7349.** *ι. J 16. Unter der letzten Zeile des ersten Absatzes stehen, wahrscheinlich der Anfang eines nicht vollendeten Satzes, die Worte:*
Lex societate

---

**2** so lange — können. *gehört ziemlich sicher der Phase ω' an.* 10

---

[16] §. 24.

Cum in societate aequali sociorum ius ac obligatio sit eadem, §. 23; *quidquid finis communis consequendi gratia fieri debet a sociis societatis aequalis, communi* ipsorum *consensu est determinandum.* Atque in hoc sociorum consensu communi consistit *voluntas societatis,* qua unius personae. 15

§. 25.

Cum in societate multa negotia sint expedienda, §. 2, consensus vero omnium sociorum ad determinandum singulum quodque negotium uno quoque tempore exigi nequeat, aut certe difficulter obtineri possit; *salus societatis requirit, ut ea, quae finis consequendi causa semper eodem modo fieri debent, communi consensu* 20 *determinentur, simul atque societas contrahitur.* Quo facto efficiuntur *leges societatis,* quae *conventionales* (pacticiae) dicuntur, quoniam socii iis vi pacti immediate adstringuntur, §. 182, I. Et talis *lex socialis*, cuius vis obligandi est perdurans, *strictius* appellatur LEX SOCIALIS.

[17] *His legibus socialibus* cum ipso societatis ortu constitutis potissimum 25 determinari solent tum *negotia socialia praecipua et ordinaria, quae et quomodo sint expedienda; tum* vero *etiam ipse modus consentiendi validus* in negotiis reliquis adhuc indeterminatis, pro rerum circumstantiis aliquando determinandis.

§. 26.

Quodsi nempe casu emergente boni communis gratia aliquid faciendum, 30 quod consensu hoc sociorum originario legibusque societatis nondum est determinatum; communi iterum consensu ut de eo statuatur, opus est. Atque hoc votis potissimum perficitur.

***7350.** ι? κ? J 19. Zu § 28 „maiora (plurima)“:*
meliora
vota non ponderanda sed numeranda.
Per plurima nihil concluditur circa leges conventionales.

5 ***7351.** κ—λ? ϱ—σ? J 19. Ferner zu „ut vota maiora concludant“:*
non constituant. Omnium consensus reqviritur ad pactum fundamentale et originarium.

***7352.** κ—λ? J 19. Ferner zu „minor pars obligetur“:*
10 iudicetur.

---

Est vero VOTUM (suffragium) declaratio voluntatis socii societati facta de eo, quod communi consensu determinandum est. Si voto declaratur voluntas positiva (volitio), VOTUM dicitur AFFIRMATIVUM; si voluntas negativa (nolitio), NEGATIVUM; si hypothetica, HYPOTHETICUM; si absoluta, CATE[18]GORICUM. 15 Porro VOTUM, cum sit declaratio: vel erit EXPRESSUM sive SCRIPTUM sive ORALE; vel TACITUM, quo pertinent varia facta declarandae mentis symbola, immo et facta omissiva pertinere possunt, §. 88, I.

De cetero votum socii respectu societatis obligationem vel nullo vel aliquo modo parit; illud est VOTUM DELIBERATIVUM (consultatorium, consultativum), 20 hoc DECISIVUM. VOTA vero eorum, qui eiusdem sunt sententiae, dicuntur CONSENTIENTIA, DIVERSA (dissentientia) e contrario illorum, quorum sententiae in diversum abeunt.

§. 27.

Id, quod faciendum per vota determinatur, CONCLUDITUR; unde CON- 25 CLUSUM, quod ita determinatum est. Ergo *in societate* AEQUALI *vota sociorum consentientia concludunt*, §. 26, et eatenus *in societate aequali votum cuiuslibet socii est decisivum*, §. 26. Conclusa [19] de iis, quae quovis casu simili emergente eodem modo facienda, ad *leges* societatis *strictius dictas* pertinent, §. 25; distincta ab iis, quae ad casum datum unice directa sunt, quorum vis obligandi transitoria.

30 §. 28.

VOTA UNANIMIA sunt, si vota omnium sunt consentientia; si maioris tantum societatis partis, MAIORA (plurima); si minoris tantum partis, MINORA; PARIA autem, si consentientium et dissentientium idem numerus. Quo exitum habeant negotia et subsistat societas; *interest* maximopere cuiuslibet *societatis*, 35 *ut vota maiora concludant*, hoc est ut, quod maiori sociorum parti visum fuerit, id habendum sit pro voluntate omnium, atque ita per partem maiorum minor pars obligetur. Quoniam vero in societate pacticia ultra consensum nemo soci-

**7353.** *ι—λ. J 20. Zu „omnes dissentire intelliguntur“:*
liberum veto.

---

**7354.** *κ—λ? J 21. Zu § 29 „sine legibus subsistere“:*
nec oriri.

---

**7355.** *ι. J 22. Neben § 31, Satz 2:* 5
Societas ad

---

orum tenetur; *vota maiora, si nempe e solo pacto res decidenda, non concludunt, nisi ita inter socias fuerit conventum expresse vel tacite.* Im[20]mo *si ita conventum* fuerit, *dissentiente uno omnes dissentire intelliguntur.*

Pari etiam ratione, vota *numerari* an *ponderari* debeant? *quota pars* votorum 10 consonorum concludat? an *absentium* quoque, utrum dumtaxat *praesentium* suffragia in censum veniant? an in *paritate votorum certae personae votum vincat,* utrum *calculus Minervae* obtineat, vel res in eo statu, quo est, maneat, cet.? utrum denique in diversorum votorum pluralitate sequendum fit id, quod *paucioribus displicet;* cum sequi non liceat id, quod plurimis placet? illud omne ex 15 legibus conventis dimetiendum est.

1. Io. Iacob. Mülleri diss. *de iure partis maioris,* recus. Ienae 1751.
2. Henr. Cocceii diss. *de eo, quod iustum est circa numerum suffragii,* Francof. ad Viadr. 1705, et in diss. eiusd. Vol. II p. 36.
3. Sam. Frider. Willenberg commentatio *de votorum pluralitate non* 20 *concludente,* Ged. et Lips. 1750, 4.

[21] §. 29.

Ceterum evidens est, 1) *omnes leges societatis aequalis naturaliter esse conventionales,* §. 25; 2) quoniam generatim leges sociales determinant media, ad finem socialem assequendum necessaria, §. *ead., nullam societatem sine legibus* 25 *subsistere, nulliusque salutem sine custodia legum conservari posse;* 3) *singulum quemque socium legibus societatis subesse* h. e. teneri, ideoque transgressione earum violare ius universorum; 4) *quemcumque qui recipitur in societatem, se legibus societatis subicere* h. e. promittere illarum observantiam expresse vel tacite.

§. 30. 30

Clarum etiam est, *cuilibet societati* vi libertatis naturalis *competere ius, leges sociales pro arbitrio ferendi, easdemque,* quando visum fuerit, *tollendi, immutandi, aliasque condendi.* Eatenus, *quamquam singuli legibus adstringuntur, universi tamen sunt supra leges positi:* quippe omnis vis pacti a paciscentium consensu, [22] §. 252, I, hinc et vis legum conventionalium a communi sociorum consensu 35 unice dependet.

§. 31.

Societas ad dies vitae inita est perpetua; ad certum tempus, quod

***7356.*** *ι? κ? J 22. Zu § 31:*

Die societat wird dissolvirt, wenn die obligatio ex pacto extingvirt wird; dieses kann nicht delicto geschehen. Also Kehret die Persohn durch ihr delictum nicht in ihren natürlichen Zustand zurük (welches eben so ist 5 als bey rebus, qvatenus fiunt res nullius). Nur die societät kann pactum zerreissen. Aber *bricht ab.*

---

***7357.*** *ι. J 22. Auf dem unteren Blattrand:* Vid: Tom. 1. Pag. 189 Nota sup:

---

***7358.*** *ι. J 23. Zu § 32 „ius praescribendi — potestas“:* Gewalt 10 potestas et potentia.

---

***7359.*** *υ—φ? ψ? J 23. Ferner:* Ius obligandi per solum arbitrium suum.

---

***7360.*** *ϱ? σ? J 23. § 32 Schluss:* imperans est, qvi pollet facultate legislatoria.

---

15 vita brevius iudicatur, TEMPORARIA. *Societatis* igitur *perpetuae lex est, ne umquam a societate discedatur;* ideoque *nemini singulo discedere licet invitis universis:* quod contra in societate temporaria, elapso tempore convento, licet omnino. *Sed universis* tamen *solvere societatem, etiam perpetuam, communi consensu integrum est,* §. *praec.*

20 TITULUS III.

DE

## SOCIETATE INAEQUALI.

1. Valent. VELTHEMII diss. *de iure imperii quaesito*, Ien. 1674. recus. 1678.

25 1) Petri van VLIESVLIET diss. *de acquisitione originaria iuris in personas*, Lugd. Batav. 1740.

[23] §. 32.

Imperans habet ius obligandi subditum, ut actiones suas pro lubitu imperantis, hinc ad eius voluntatem sic et non aliter determinet; alias imperium 30 esset inutile, §. 22. Cum vero voluntas alterius cognosci nequeat nisi sufficienter declaretur, §. 165, I; imperans aliter obligare non potest subditum nisi declarando sufficienter, quid a subdito fieri velit. Atque ideo *imperanti* competit *ius praescribendi alteri facienda, uno verbo* POTESTAS *per excellentiam dicta.*

***7361.*** *ι. J 24. Zu § 34 „ius leges ferendi“:*
an etiam valide imputandi? Potestas legislatoria non executoria.

---

***7362.*** *ι. J 25. Zu § 35 „imperans obligatur ad finem“:*
sed si finis societatis non sit, nisi ut sit summus imperans nullo modo obligatus. 5
Es kann jemandem das Recht aufgetragen seyn, nach seinem Willen über das Recht der andern zu Urtheilen, damit nur nicht einer der Willkühr der andern unterworfen sey.

---

***7364.*** *ι. J 24. Über § 34:*
Summus imperans non est regens vel Rector. 10

---

Quamobrem *subditus* obligatur, actiones suas ad voluntatem imperantis componere, seu praescripta (imperata) superioris facere, hoc est, ipsi OBOEDIRE (parere), *obligatur ad oboedientiam* (obsequium).

§. 33.

Imperium est ius sociale, affirmativum, §. 6, et praecipuum, hinc praerogativa respectu subditorum, §. 72, I, quorum libertas naturalis quoad [24] eas actiones, in quas imperanti qua tali ius competit, cessat, §. 84, I. 15

§. 34.

Imperans, quatenus est talis, *habet ius leges ferendi* subditis, §. 32: tum de iis, quae semper eodem modo facienda sunt, quarum obligatio est perdurans; tum de iis, quae casu eveniente facienda, quarum obligatio est transitoria, §. 25, 27. Hinc vero etiam *ius* ipsius derivatur, *efficiendi, ut subditi legibus praescriptis satisfaciant*, alias imperium esset inutile; itemque *ius in omnia media ad hunc finem necessaria*, hinc *et in omnes actus cum tali fine connexos.* 20

Quoniam porro imperans legem ferens obligationem imponit subditis, non sibimet ipsi; *imperans legibus a se latis* naturaliter ipse *non tenetur.* Et denique cum leges imperantis vim suam immediate habeant ab eius voluntate et arbitrio; *imperanti* etiam *ius* est, tales *leges* a se latas *mutandi, tollendique* et *alias ferendi.* 25

[25] §. 35.

De cetero cum *ius imperantis ex pacto*, unde naturaliter oritur, §. 9 et 11, et *fine societatis* aestimandum, §. 10; *imperans obligatur* ad finem societatis persequendum, hinc tenetur *imperio uti in salutem societatis*, et *leges*, quas fert, *bono communi accommodare.* Quin *iis, de quibus inter ipsum* et *subditos specialiter conventum* est, *vi pacti* tamquam *legibus conventionalibus, ipse* etiam *tenetur, neque* eas *invitis subditis tollere* vel *mutare potest.* 30 35

***7365.*** *ι? κ? J 26. Zu § 37 „temperatum“:*
restrictum limitatum

***7366.*** *ι. J 26. Zu § 37 Anfang „Imperium perpetuum“:*
unius [hominis] personae

5 ***7367.*** *κ—λ? ρ—σ? J 26. Ferner:*
illimitatum, qvod origo est iniustitiae, est despoticum. Imperium totius societatis in semet ipsam est illimitatum sed non despoticum.

***7368.*** *χ? ψ? J 26. Zu „despoticum“:*
ohne Gesetze

10 ***7369.*** *ι? J 26. Zu § 38 Anfang „sine potissimum discretae“:*
[abs despotici non] nisi unicus est modus.

---

§. 36.

Si *societas rectoria* est *perpetua*, §. 31; et imperium sociale et subiectio socialis est perpetua, hinc nec subditus subiectionem excutere invito imperante, 15 nec hic imperio se abdicare invitis subditis potest: quod contra fieri in temporaria iure potest, §. 31. *Qui* igitur *se alteri in perpetuum subicit, renuntiat libertati* naturali, *eamque* transfert et *alienat* eatenus, quatenus se subicit: ex adverso *qui se alteri ad tempus* [26] *subicit, suspendit* dumtaxat *libertatis suae exercitium* per illud tempus, quoad imperio subest.

20 §. 37.

Imperium perpetuum in omnes alterius actiones est despoticum, imperium in certas tantum actiones, seu fuerit perpetuum seu temporarium, est temperatum. Hinc *societas inaequalis* intelligitur esse vel *despotica* vel *temperata*, et *subiectio* vel *despotica* (omnimoda) vel *temperata.* Subiectio omnimoda 25 dicitur servitus, qui in servitute est, servus, servi superior despota. *Servo* itaque *nihil* plane *libertatis naturalis superest*, quippe posito imperio perpetuo in omnes actiones alterius, huius libertas omnis tollitur.

§. 38.

Temperati imperii complures concipi possunt species, sine potissimum dis-30 cretae. Generatim vero observandum, quod, *qui se subicit imperio perpetuo temperato, eius libertas* quo[27]ad eas actiones tantum, in quas imperanti ius transfert, tollatur, hinc *imminuatur* dumtaxat, et *ipsi quoad reliquas actiones supersit libertas, minus plena* ergo, §. 84, I, pars et residuum libertatis naturalis. Qui se ad

***7370.** σ. J 27. Zu § 38 Schluss:*

Subditi respectu erga se invicem habito sunt aeqvales.

---

***7371.** υ? ψ? J 26. Über und neben § 38:*

Nexus (harmonia) hominum [iurid] est vel per subordinationem (superior, inferior) vel consociationem obligatus perdurabiliter ad certum genus actionum specifice per arbitrium alterius determinandarum est subditus. 5

---

***7372.** υ? ψ? J 27. Zu § 39 „imperium hominis non extendi“:*

non in actiones (^g externas), in quibus internum externo dissentire nefas est, e. g. ad religionem. 10

---

***7373.** σ. J 29. In § 40:*

Alle Gesetze des summi imperantis müssen entspringen qvasi ex consensu communi, nemlich demselben nicht **nothwendig** wiederstreiten. Dieses macht das imperium zum patriotico. Wenn sie nur ex arbitrio privato möglich seyn (unus adversum omnes), so sind sie gewaltthätig, 15 mithin despotisch.

---

tempus subicit, eius libertas, abscisse loquendo, nec tollitur, nec imminuitur; sed restringitur saltem §. 36 et §. 86, I. Quoniam vero subditi quoad eas actiones, in quas imperanti ius non competit, sunt liberi, et imperanti aequales vi originis, §. 70, I; omnis *societas inaequalis temperata quoad ea, quae iuri impe-* 20 *rantis non subsunt, spectanda* ut *societas aequalis.*

§. 39.

Ceterum cum nemo obligetur ultra quam potest physice et moraliter, §. 31, I, nec obligatio subditi ullius, *nec* ideo *imperium* ullum *extenditur in ea, quae physice fieri nequeunt,* vel *Divino Iuri sunt contraria.* Per se etiam patet, imperium ho- 25 minis non extendi nisi in actiones liberas externas. Quoniam porro omne imperium boni communis gratia constitutum est, §. 2, [28] et eo fine ius praescribendi subdito facienda imperanti competit; *imperium,* quamvis in iure actiones subditorum pro arbitrio determinandi consistat, §. 22, *neutiquam ius, de vita* et *substantia subditorum* pro arbitrio *disponendi, comprehendit.* Atque ita differt *imperium* 30 tamquam ius in personas a *dominio* tamquam iure in res, et simul intelliguntur *limites naturales imperii* in abstracto spectati, e quibus etiam *actus imperii* per se *illiciti* colligi possunt.

*7374. v? ψ?? J 28. Zu § 39 Schluss:*

Imperium ideo est restrictum per conditiones liciti; principatus non est limitatum.

---

*7375. κ—λ? σ?? J 28. Zu § 39 Schlussatz:*

5 non differt, si penes subditum non sit [ius externe] voluntas arbitrium imperantis limitans.

---

§. 40.

Si subditus obligationi suae erga imperantem non satisfacit, violat ius imperantis eumque laedit. In subditum laedentem imperanti competit ius cogendi, 10 ut obligationi suae satisfaciat; in maleficum, hoc est dolose laedentem, §. 117, Pr., simul ius vindictae, §. 271, I. Vindicta superioris in subditum est Poena *stricte* et in sphaera Iuris Socialis *simpliciter* dicta. *Imperanti* igitur vi imperii *competit ius puniendi sub*[29]*ditum maleficum*, hinc et *inoboedientem*, qui oboedire, §. 32, dolose recusat, nec non *ius poena sanciendi legum suarum observantiam*, ut 15 nempe proposito malo a transgressione legum absterreantur, §. 34. Consistit igitur poena (si non pro actu puniendi, sed eius effectu sumitur) in malo, quod superior infligit inferiori ob eius maleficium; daturque ius puniendi in eum finem, ut subditus maleficus nolit vel nequeat amplius laedere, §. 271, I, datur etiam ad deterrendum alios subditos a laedendo, §. 34. Facta igitur inculpabilia pu- 20 nire nequit imperans; culposis mala proponere et inferre potest, ut reus aliique attentiores in faciendo officio fiant, §. 271, I. et §. 34, minori tamen gradu quam dolosis factis. Et talia mala ad *poenam* latiori sensu referri solent, unde *ius puniendi* ad omnes laesiones subditorum culpabiles et imputabiles extenditur.

[30] Sectio II.

## 25 IUS SOCIETATUM DOMESTICARUM UNIVERSALE.

§. 41.

Societas, quae alias societates habet pro partibus suis, est composita; sin minus, simplex: referuntur tamen ad simplices, quaecumque tales esse 30 possunt. Quoniam Iuris Socialis Universalis scopus est, ut intelligatur *Ius Civitatis;* civitas vero e familiis, familia ex societate matrimoniali, parentali et herili est composita; istae vero societates simplices una cum familia sub communi nomine *societatum domesticarum* comprehenduntur, §. 94 et 95. Prol.: considerandum nunc est ius societatum domesticarum universale, quo traduntur 35 iura atque obligationes, quae in societate matrimoniali, parentali, herili et in familia naturaliter obtinent.

***7376.*** *v—φ. J 31. Zu § 42 Anfang „Societas“:*
perpetua ad commercium sexuale inita.
ius partim personale partim reale.

---

[31] Titulus I.

DE

## MATRIMONIO.

§. 42.

Societas maris et feminae, ad procreandam atque educandam subolem (prolem) inita, MATRIMONIUM (coniugium, societas coniugalis) dicitur. Est vero EDUCARE curare, ut, qui ob teneram aetatem se ipsum perficere nondum valet, ad id aptus efficiatur. Si qua alia igitur de causa inter marem et feminam contrahitur societas, ea matrimonium non est. Socii matrimonii sunt CONIUGES: mas coniux MARITUS, femina coniux UXOR.

1. Due dissertationi sopra *il fine primario del matrimonio:* la prima del Canonico Giovanuandrea Irico IC., la II. del Conte Don Diego Rubini, Bergamo 1753. 4.

Cum procreatio subolis et procreatae educatio non possit non *finibus divinis* accenseri: omnis concubitus his finibus contrarius, consequenter omnis coitus extra ma[32]trimonium; immo omnis membrorum genitalium usus solius voluptatis percipiendae gratia, uno verbo omnis *vaga libido* Legi Divinae Naturali adversatur.

§. 43.

Matrimonium naturaliter est *societas voluntaria*, §. 9, *simplex*, §. 41, et *aequalis*, §. 22. *Ex pacto* tamen vel expresso vel tacito maritus adquirere imperium potest, atque ita *uxor* subicitur *marito.*

§. 44.

Quoniam igitur ad validitatem matrimonii pactum validum requiritur: consequens est, ut 1) qui *inhabilis est ad procreandam vel educandam subolem*, sive per aetatem seu per corporis aut mentis defectum quendam, eius *matrimonium sit nullum;* 2) *qui ad matrimonium ineundum fraude inducitur vel vi iniusta compellitur*, *ex matrimonio non teneatur*, quin potius contra fraudatorem et vim inferentem ius laesi exercere possit; 3) *convalescere* tamen [33] *talismodi coniugium vitiosum, si postea partis laesae accesserit ratihabitio*, §. 175, I, *not.*

1. Hieron. Delphini de *Eunuchi coniugio* scripta collecta, Ien. 1737. 4.
2. I. H. Boehmer diss. de *matrimonio coacto*, Hal. 1717.

§. 45.

Pactum, quo matrimonium initur, est MATRIMONIALE; a quo distingui possunt SPONSALIA, pactum de matrimonio ineundo. Adimpleti pacit matri-

***7377.** x? ϱ?? J 34. Zu § 46 „arctissimam simul unionem“:*
Sie machen eine Person aus.

---

monialis initium (prima tori conscensio) NUPTIAE appellantur, qui sponsalia contraxerunt, ante nuptias vocantur DESPONSATI, ergo SPONSUS vel SPONSA.
5 Uniti per nuptias sunt CONIUGES, MARITUS, UXOR *strictius* dicti (§. 42). *Si bina sponsalia contradictoria fuerint celebrata; priora derogant posterioribus, licet his nuptiae accesserint*, §. 190, I.

§. 46.

In societate coniugali si ponis utriusque sexus non nisi unum coniugem,
10 matrimonium [34] est MONOGAMIA; si plures eiusdem sexus, POLYGAMIA (polygamia *simultanea*, ut a *successiva* seu Deuterogamia distinguatur). Si sumis in coniugio plures coniuges utriusque sexus, existit COMMUNIO UXORUM; si plures alterutrius sexus dumtaxat; vel est coniugium unius maris cum pluribus feminis, POLYGYNIA (polygamia virilis); vel unius feminae cum pluribus maribus, POLY-
15 ANDRIA (polygamia muliebris). Species polygamiae est BIGAMIA, coniugium unius cum duobus alterius sexus. BIGAMIA est vel unius maris cum duabus feminis, BIGYNIA (bigamia virilis); vel unius feminae cum duobus maribus, BIANDRIA (bigamia muliebris).

Praeterea *matrimonium* vel *perpetuum* vel *temporarium*, §. 31.
20 Reliquis matrimonii speciebus *perfectior* est *monogamia perpetua*, ad ARCTISSIMAM simul UNIONEM inita, hoc est ad mutuum in omnibus vitae casibus adiutorium: unde nascitur omnis vitae consortium. Haec quippe fi[35]ni societatis coniugalis primario obtinendo convenientior reperitur et teste experientia et iudice ratione.

25 * *Polyandriam* natura abhorret: *polygynia* pluribus adhuc gentibus recepta, nec defuerunt populi, qui *communioni uxorum* indulferunt.

1. *Scripta*, quibus pro *monogamia* contra *polygamiam* disputatur, vel polygamia defenditur, et singulatim, quae ad quadruplex *Bellum* de polygamia exortum, puta *Ochinianum*, *Boeckelmannianum* seu *Boegerianum*.
30 *Lyserianum* et *Willenbergianum* pertinent, copiosa manu suppeditat MEISTER in *Bibl. Iur. Nat.* part. III. voc. *polygamia*.

§. 47.

*Coniuges sibi invicem obligantur* 1) *ad omnia, quae ad procreandam educandamque prolem necessaria sunt*, §. 42, *nec non* 2) *ad reliqua, de quibus specialiter inter ipsos*
35 *conventum. Tenentur* itaque *coniunctim onera ma*[36]*trimonii ferre*, hinc et *vitae necessaria* (sustentationem) *suboli coniunctim procurare*, ergo ALIMENTA, hoc est victum, amictum, habitationem *ipsi coniunctim praestare.*

Inde *fides*, §. 184, I, *coniugalis* concipitur, ad quam uterque coniugum adstringitur, *ex pacto et fine coniugii metienda.*

§. 48.

Qui matrimonium invicem ineunt, ad futuri coniugis qualitates individuales maximopere solent respicere: hinc neuter coniugum censendus est, ea iura, quae vi pacti matrimonialis in alterum transtulit, ita transtulisse, ut eadem pro lubitu in alium quendam transferre possit, ideoque ut ipsi competant qua transmissibilia, §. 243, I. Iam vero ultra consensum et intentionem declaratam paciscentes sibi invicem non tenentur: ergo uterque coniugum consendus est, transtulisse in alterum iura personalissima tantum. Hinc itaque conficitur, *iura matrimonialia esse personalissima*, *atque* inde etiam *obligationes coniugis in coniugem* qua [37] talem *esse personalissimas*, *nexumque* ideo *coniugalem*, §. 6, *esse personalissimum.* 10

§. 49.

*Coniuges monogamiae obligantur*, *sibi solis invicem usum corporis ad generandam subolem concedere.* Quamobrem *concubitus* talis *coniugis cum persona extranea est iniustus*, et datae fidei coniugali contrarius. Concubitus coniugis cum persona extranea dolosus est ADULTERIUM; cuius facti reus est ADULTER, rea ADULTERA. 15

§. 50.

VITA, quae ducitur in societate domestica, §. 41, est DOMESTICA; res et negotia, quae ad vitae domesticae commodum pertinent, RES DOMESTICAE, NEGOTIA DOMESTICA, uno verbo RES FAMILIARIS; rei familiaris cura est OECONOMIA. 20

*Coniuges matrimonii perfectioris*, §. 46, simul *obligantur*, *sibi invicem in omnibus vitae casi*[38]*bus praesto esse;* hinc etiam *cohabitare*, et *communiter rem familiarem curare*, ideoque *communem habere oeconomiam.* Uterque igitur coniux ad res domesticas comparandas et conservandas, et negotia domestica peragenda tenetur, quantum potest. 25

§. 51.

Si violatur fides coniugalis, et generalius, si coniux a coniuge laeditur; pars laesa contra laedentem iure cogendi uti, aut discedere a societate matrimoniali potest, §. 12.

Posterius fit per DIVORTIUM, quod consistit in dissolutione matrimonii 30 vivis coniugibus facta. Itaque *contra adulterum vel adulteram laesae parti competit ius ad divortium.*

* *Controversiae circa iura divortiorum* (inter Io. Frid. KAYSERUM et adversarios, puta Io. Mich. LANGIUM et God. Lud. MENCKENIUM) editis opusculis agitatae, collectae atque coniunctim editae, ed. tertia, Halae 35 1737. 4. Reliquas de hac mate[39]ria commentationes enumerat MEISTER Bibl-Iur. Nat. p. I. voc. *Divortium.*

§. 52.

Cum et *fides sponsalicia*, §. 45 et 184, I, concipi possit; pari modo et *ex*

***7378.*** *κ? υ—φ? J 40. Zu § 53 „adquirit“:*
num adquirere possum personam, tum mihi foret dominium.

---

***7379.*** *υ—φ? ψ? J 40. Zu § 53 „illud fit meum“:*
ius vitae et necis.

---

5 ***7380.*** *υ—φ? ψ? J 40. Nach § 53 „fit meum“:*
procreatio sobolis est eiusdem acqvisitio.
Non acqvirit ut rem sed ius alios ab eius possessione excludendi.

---

***7381.*** *υ—φ? χ? J 40. Zu § 53 „facto parentum“:*
Non disponere possunt.
10 Das Recht gegen die Kinder gründet sich auf Verbindlichkeit.

---

7 excludendi?

---

*eius violatione parti laesae ius datur, vel cogendi laedentem, vel dissolvendi sponsalia.* Dissolutio sponsaliorum, vivis desponsatis facta, vocatur REPUDIUM.

TITULUS II.

15 DE

SOCIETATE PARENTALI.

1. Gotthelf Ehrenreich BECKERI diss. *de fundamento iuris patrii*, Lips. 1686.

2. Io. Balthas. WERNHERI diss. *de iure parentum et liberorum secundum* 20 *legem naturae*, Lips. 1698, et in *Eiusd.* dissert. Iuris Nat. (Vitemb. 1721. 8.)

3. Io. Eberh. ROESLERI diss. *de imperio parentum in liberos*, Tubing. 1718.

4. Ge. Christian. GEBAUERI diss. *de patria potestate*, Gotting. 1750. cap. I.

25 [40] §. 53.

Si quis iuste efficit, ut aliquid existat, eo animo, ut sit suum; id, cuius existentiam efficit, seu id quod *producit*, adquirit, §. 112, I. Eatenus *quidquid facto meo iusto produco, illud fit meum.*

Proles, ex *generatione*, ideoque facto *parentum* hoc est patris atque matris 30 communi, existentiam nanciscitur: ergo *parentibus in prolem, filium, filiam, liberos competit ius, adquisitum.* Ius parentum in prolem qua talem dicitur PATRIA POTESTAS, vel potius, si exacte loquendum, PARENTALIS; cum ius in prolem non patri proprium; sed matri cum patre ideoque parentibus sit commune.

***7382.*** *υ—φ? χ? J 41. Zu § 54.*

Der Eltern Recht kann nur auf ihrer Verbindlichkeit gegründet werden, welche sie sich durch ein factum iuridicum zugezogen haben. procreation.

***7383.*** *υ—φ? χ? J 41. Zu § 54 Schluss:* 5

Die Ausnahme gilt nicht bey jenem angenommenen Grunde.

***7384.*** *υ—φ. J 41. Zu § 56 „parentibus ius competit“:*

ad omnes actiones qvatenus sunt media.

Die Eltern haben nur in so weit iura, als sie nothwendige Mittel sind, ihre obligation zu erfüllen; diese obligation gründet sich auf das 10 Unvermögen.

***7385.*** *υ—φ? J 42. § 56 Schluss:*

liberi sunt sub imperio parentum, donec sibimet ipsis per naturam prospicere possunt.

---

§. 54. 15

Proles est *homo:* ergo ipsi ad minimum connascitur ius, eorum omnium, quae homini naturaliter competere possunt, ultimum et supremum, quippe e lege divina de se conservan[41]do, quae omnis iuris perfecti fons atque fundamentum est, immediate proficiscens, *ius in vitae* et *corporis sui conservationem*, §. 137, I, conf. §. 143, Prol. Itaque *parentum ius in liberos non continet ius eos distribuendi,* 20 *nec ius de vita et corpore ipsorum pro lubitu disponendi;* et generatim concipi nequit tamquam dominium, quippe proles non res est, sed homo.

§. 55.

Ergo *parentalis potestas est tantum ius in actiones prolis*, ideoque *ius*, *actiones liberorum* pro lubitu eatenus *dirigendi*, *quatenus haec directio cum conservatione ip-* 25 *sorum consistere potest.* Parentibus itaque in prolem competit ius affirmativum, §. 82, I.

§. 56.

Ad parentalem potestatem igitur pertinet *ius educandi*, §. 42. Ergo *parentibus ius competit*, *liberos aptos efficiendi* ad bene beateque vivendum, seu *ad vitam* 30 *hominis ex sese vi*[42]*vendam*, hoc est ad sibimet ipsis prospiciendum de iis, quibus ad conservationem sui indigent, et ad agendum conformiter voluntati divinae; consequenter ius instituendi liberos in religione, scientiis, artibus mediisque, vitae sustentationem sibi quaerendi honestam.

***7386.*** *v—φ. J 43. Zu § 57 „ipsis erga se — incumbit":*
qvoniam qvilibet in culpa est et alteri tenetur ad explendas obligationes sociale.

---

***7387.*** *κ? ρ? J 43. Zu § 57: „cum patris in matrem" etc.*
5 cui neuter renunciare potest.

---

***7388.*** *κ? ρ? J 43. Zu § 57 „non potest ius prolis" etc.:*
Hier ist ein exempel einer Schuldigkeit, welche nicht aus dem Rechte eines andern entspringt wie bey der donation.

---

***7389.*** *v—φ. J 43. Zu § 57 „perfecte non debentur":*
10 proles nihil extorqvere potest, qvoniam nihil acqvisivit nisi gratis.

---

***7390.*** *ξ? ρ—σ? J 43. Zu § 57 „merum parentum beneficium":*
Die Eltern sind dem Kinde nicht verbunden sondern der Menschheit überhaupt in Ansehung des Kindes.

---

***1ff.*** *Auf dem Außenrand J 43 findet sich neben Zeile 1 und 7 ein* NB.

---

15 *Non vero ad solum ius educandi restringitur parentum potestas;* quin potius generatim involvit *ius efficiendi, ut proles actiones* suas *ad voluntatem parentum,* consequenter etiam in *utilitatem parentum componat,* quatenus ius prolis connatum non violatur.

§. 57.

20 *Parentes* qua coniuges *ad prolem educandam,* hinc et ad *alendam sibi invicem obligantur,* §. 42. Itaque *expositio infantis, denegatio alimentorum,* et omnis actio parentis, qua *corpus* prolis *violatur,* aut *mens corrumpitur,* est laesio.

Huic parentum ad educandam prolem obligationi, quae (praeter illam moralem, qua [43] Summo Numini adstrictius tenentur) ipsis erga se invicem ex 25 pacto matrimoniali incumbit, et quae est adfirmativa §. 82, I, respondet *ius affirmativum* cum *patris in matrem,* tum *matris in patrem, ut prolem progenitam, quanto fieri studio possit, educet.* Ast vero ex eodem officio parentali deduci non potest *ius prolis in parentes affirmativum,* eo sensu, ut proli competat ius quoddam strictum, exigendi a parentibus, quo ipsi alimenta praebeant, eamque educent.

30 Atque eatenus *educatio* et speciatim *alimenta,* quae a parentibus proli primis potissimum vitae annis praestantur, ipsi *perfecte non debentur;* quin potius proles maturum iudicium nacta, id omne, quod a parentibus ipsi in hac aetatis suae imbecillitate praestitum fuit, tamquam *merum parentum beneficium* per omnem vitam agnoscere obligatur.

*7391. v—φ? J 45. Zu § 59 Anfang:*
non tenetur parens ex pacto ideo ex facto.

---

*7392. v—φ? J 45. Zu § 59 Anfang:*
non pactitio.
*Ferner:* lege non pacto obligantur proles, non acqvirit ius. 5

---

§. 58.

Ceterum inter parentes atque prolem nulla intercedit societas, antequam proles coeperit [44] usu intellectus pollere: quippe antea nulla prolis actio tamquam libera, ergo nec ulla eiusdem ad finem quendam socialem persequendum obligatio cogitari potest. Uti vero suboles usu intellectus sensim instruitur: ita 10 et ipsius sensim progeneratur obligatio, ad actiones suas ad parentum voluntatem componendas, §. 55. Cum vero proli qua homini simul ius competat in sui conservationem, §. 54, ideoque et in eius medium, vitae sustentationem; *quatenus exercitium potestatis parentalis impedit prolem, quo minus sibi ipsa de vitae necessariis prospicere possit*; *parentes ad ea suboli procuranda obligantur.* 15

Hac itaque ratione concipitur coniunctio parentum et prolis eo fine, 1) respectu *parentum*, ut mediante educationis continuatione, eaque perfecta, mediante saltim sustentatione prolis, ex actionibus eius utilitatem capiant, 2) respectu *prolis*, ut mediante subiectione sub parentali potestate perficiatur et alatur. Cum igitur ex hac coniunctione enascatur *unio ad obtinendum finem quendam compositum*, 20 et eate[45]nus *communem*, §. 1; concipitur inde societas inter parentes, vel inter patrem aut matrem dumtaxat, et prolem, qua tales, quae dicitur SOCIETAS PARENTALIS, speciatimque PATERNA vel MATERNA, prouti inter solum patrem vel solam matrem et prolem intercedit.

* Finis parentum primarius quidem a fine prolis primario distat in so- 25 cietate parentali; sed tamen *finis parentum intermedius* cum *fine primario subolis* et v. v. *conveniunt*, et eatenus parentibus et prolis idem est finis, ipsis hoc casu communis, ad quem obtinendum cum iungantur parentes et suboles, efficitur societas, §. 1. Atque eiusmodi quidem *compositum finem* in pluribus aliis societatibus pari modo observare licet. 30

§. 59.

*Societas parentalis* citra pactum coalescit, ideoque est 1) *legalis*, §. 9; licet varia pacta ex postfacto ad eam accedere possint, 2) *simplex* esse potest, 3) est *inaequalis*; potestas [46] enim parentum est imperium, §. 55 et 22, consequenter et dependentia prolis est subiectio, quae, qua talis, dicitur SUBIECTIO FILIALIS. 35

§. 60.

Quamobrem *parentibus* vi parentalis imperii *ius est praescribendi* liberis, quae

***7393.*** *v—φ? J 46. Zu § 61 „emancipatio“:*
**utrum proles opus habeat consensu parentum ad emancipationem.**

---

***7394.*** *v—φ? J 47. Zu „consensus parentum“:*
**utrum reqviratur ad matrimonium.**

---

5 ***7395.*** *v—φ? J 47. Zu § 62 „parentalis potestas est ius personalissimum“:*
**Er kann ihn nicht fremder Oberherrschaft unterwerfen.**

---

eos agere oporteat; *obligandi* eos, ut ad lubitum parentum actiones attemperent; *per eorum operas adquirendi, immorigeros puniendi* cet. Hinc *liberi* citra parentum
10 consensum *sese* alteri *obligare, matrimonium inire, egredi e familia* cet. nequeunt.

§. 61.

Et quoniam *parentalis potestas* non restringitur ad solam educationem, §. 56; *perdurat, licet proles educatione haud amplius indigeat.*

Emancipatio est actus, quo parentes prolem ex potestate parentali
15 dimittunt. Emancipatione igitur parentes potestati suae renuntiant, et *proles emancipata in statum natura*[47]*lem transit* et fit sui iuris, §. 84, I. *Consensus parentum in matrimonium* vel *separatam oeconomiam prolis* eatenus *tollit parentalem potestatem, quatenus eius exercitium* inde *redditur impossibile;* atque eatenus consensus eiusmodi est *emancipatio tacita.*

20 §. 62.

Fundamentum potestatis parentalis est factum generationis, § 53; hinc fundamentum subiectionis filialis erga parentes in eo positum est, quod proles parentibus vitam seu existentiam ferat acceptam. Ergo cui non debet vitam proles, eius nec potestati parentali subest. Immo cum *proles*, qua homo, re-
25 spectu extraneorum sit in statu naturali, ideoque gaudeat libertate naturali; *proles nullius nisi parentum agnoscere tenetur potestatem parentalem.* Ergo parentes alienare pro arbitrio parentalem potestatem non possunt; consequenter *parentalis potestas est ius personalissimum*, subiectio filialis obligatio personalissima, §. 243, I.

[48] * Accedit, quod maxime intersit prolis, utrum parens ipse exerceat
30 parentalem potestatem, an tertius. Parentis utriusque imperium mitigatur naturali illo insito stimulo τῆς στοργῆς, qui *paternus maternusque amor in tertio frustra quaeritur.*

§. 63.

Eam vero parentalis potestatis particulam, quae solo *educationis iure* con-
35 tinetur, valide a parentibus alienari, et a tertio exerceri posse largior; cum

***7396.*** *v—φ? J 48. Zu § 63 „tutelae":*
ius parentale vicarium.

---

***7397.*** *v—φ. J 49. Zu § 65 „Subiectus, qui pro alimentis" etc.:*
distinguitur a locatore operae, qvoniam hic certas operas certo tempore pro certa pecuniae summa praestare tenetur. 5

---

***7398.*** *κ? ρ? J 50.*
Locator operae giebt einem andern nur das Recht zu den producten seiner Handlungen und freyheit und bleibt also in ansehung seines Zustandes frey, seine Verbindlichkeit ist kein Gehorsam und des andern foderung kein Befehl. Locator status sui giebt dem andern ein Recht auf 10 seine Kräfte in Ansehung einer Art Handlungen überhaupt. Famulus et servus sind beyde subiecti der letzte aber absqve facultate de obligatione sua valide iudicandi.

---

educatio non nisi in perfectionem prolis tendat, §. 42. Hinc oritur conceptus TUTELAE, quae consistit in iure educandi vice parentum (vicario). Cui com- 15 petit tutela, est TUTOR, TUTRIX; qui educatur a tutore, est PUPILLUS, PUPILLA; societas inter tutorem et pupillum, qua tales, est SOCIETAS TUTELARIS. *Tutela* itaque *et societas tutelaris cessat, simul atque pupillus aptus est ad vitam hominis ex sese vivendam,* quoniam tunc non amplius indiget educatione, §. 56.

[49] §. 64. 20

Patri esset soli propria omnis parentalis in prolem potestas, nisi adesset mater, cuius commune ius pater agnoscere obligatur, §. 53: quod vice inversa etiam de matre admittendum est. Hinc *mortuo parentum alterutro parentalis potestas est propria soli superstiti* sive pater sive mater fuerit. *Ius defuncti parentis in prolem devolvitur in superstitem* (ei adcrescit). Matre itaque defuncta proles 25 manet sub *patria potestate,* patre defuncto sub *materna potestate.*

*Utroque* parentum *mortuo* tollitur prolis subiectio filialis, incipit status naturalis.

TITULUS III.

DE 30

SOCIETATE HERILI.

§. 65.

OPERAE, quae usibus vitae domesticae, §. 50, inserviunt, DOMESTICAE sunt. Subiectus, qui pro alimentis operas domesticas [50] praestare obligatur,

*7399. J 50. Zu § 65* „Famuli — Hera“*:*
(s Gesinde.) Brodtherr.

*7400. ρ? υ—φ? J 52. Zu § 70 „servus domesticus“:*
Es wiederspricht sich für ein subiect sui iuris zu seyn und doch einem
5 andern ein recht in sich zu constituiren in den völlig unbestimmten usum

---

FAMULUS; si est subiecta, ANCILLA dicitur. Famuli vel ancillae superior est HERUS, HERA. Societas inter herum heramve et famulum ancillamve, qua tales, est SOCIETAS HERILIS.

§. 66.

10 *Societas herilis* 1) *simplex* esse potest, 2) *est inaequalis.* Famulus et ancilla sunt *subditi heriles*, eorumque qua talium subiectio est *subiectio herilis:* herus et hera sunt *imperantes heriles*, eorumque qua talium imperium *herile imperium* (potestas herilis).

§. 67.

15 *Ius heri* in famulum, consequenter et famuli obligatio in herum eo tendit, *ut operae domesticae a famulo ad voluntatem heri*, consequenter in *utilitatem heri praestentur: ius famuli* in herum, consequenter et obligatio heri in famulum pro fine habet, *ut alimenta ab hero praebeantur famulo.*

[51] §. 68.

20 Quoniam societas herilis naturaliter est pacticia, §. 9; *specialiora iura* atque *obligationes heri et famuli* mutua *ex contractu*, quo societas herilis constituta est, *determinantur.* Qualia igitur alimenta, quanta et quomodo ea herus famulo; qualesque operas, quantas et quomodo eas famulus hero promisit: talia tantaque alimenta herus famulo, talesque et tantas operas hic isti convento modo debet. Con-
25 tractus eiusmodi est *contractus do ut facias*, §. 215, I, *ad finem nontransitorium*, §. 1.

§. 69.

Alimentis substitui potest eius aequivalens, §. 202, I, speciatim *pecunia*, §. 205, I. Hinc perinde est, sive promittantur famulo alimenta seu certa pecuniae summa, unde sibi alimenta comparare possit, *alimentorum vicarium.* Po-
30 steriori casu societas herilis nititur *locatione conductione operarum*, §. 217, I, et pecunia, quae famulo debetur, est *merces*, §. *ead.* I. Inde FA[52]MULUS et ANCILLA pro mercede conducti, dicuntur MERCENNARII.

§. 70.

FAMULUS vel omnes operas vel certas dumtaxat praestare tenetur; porro
35 OPERAS debet vel ad omne vitae tempus, PERPETUAS, vel ad certum tempus, quod vita brevius fore iudicatur, TEMPORARIAS. FAMULUS, qui ad certas et temporarias dumtaxat operas tenetur, LIBERIOR; qui ad perpetuas vel omnes vel certas dumtaxat, RESTRICTIOR est.

Ceterum famulus, qui ad omnes et perpetuas operas obligatur, est servus,
40 §. 37, et speciatim etiam appellari potest SERVUS DOMESTICUS. Herus servi

virium suarum. Er ist alsdenn blos Werkzeug und nicht Person. Ein solches pactum ist null und nichtig. Doch schlossen die Römer aus der Idee des servi consequent.

**7401.** *ξ—o. J 52. Ferner:*
subditus mere passivus. 5

**7402.** *ξ—o. J 52. Zu „herus servi est despota“:*
absoluter Herr.

**7403.** *ξ—o. J 52. Zu „dominus servi“:*
Eigenthumsherr.

**7404.** *υ—φ? ρ?? J 55. Aussenrand. Zu § 72:* 10
Wenn der Zwang auch ungerecht wäre, so würde der coactus doch durch sein pactum obligirt seyn, und der cogens hätte doch kein recht.

**11** *Zwischen* so *und* würde *ein einsilbiges, unleserliches Wort.*

---

est despota, §. 37, et speciatim dici solet DOMINUS SERVI, eiusque potestas in servum POTESTAS DOMINICA. Subiectio servi domestici est servitus, §. 37, 15 et in specie vocatur SERVITUS DOMESTICA; societas dominum inter et servum domesticum, qua tales, est despotica, §. 37, et speciatim nominatur SOCIETAS DOMINICA [53]. Hinc etiam *servae* et *dominae* conceptus promanare intelligitur.

§. 71. 20

*Domino* itaque *ius competit perpetuum, ex operis servi omnes utilitates*, quae in vita domestica desiderari possunt, *capiendi*, §. 70; hinc etiam *ius, per operas servi adquirendi.* Quamobrem *servus* citra domini consensum *neque adquirere sibi, neque obligare se aliis, neque excutere servitutis iugum potest.*

Actus, quo dominus servum ex potestate dominica dimittit, est MANUMISSIO. Cum dominus manumissione potestati dominicae renuntiet: *servus, qui manumittitur, redit in statum naturalem*, et fit liber. Servus manumissus LIBERTUS vocitatur. 25

§. 72.

CONSENSUS eius, qui non consensisset, nisi vim alterius metuisset, est COACTUS (extortus); reliquus ULTRONEUS. SERVITUS, quae nititur consensu servi extorto, est [54] COACTA; quae ultroneo, ULTRONEA. Inde et SERVUS vocatur posteriori casu ULTRONEUS, priori OBNOXIUS, uno verbo MANCIPIUM. 30

***7405.*** *v—φ? ρ?? J 55. Zu § 72 Anm. „supponunt pactum victoris" etc:*

pactum leoninum ex tali cogens consensu extorto nullum ius acqvirit, sed coactus iuri suo resistendi renunciat.

---

5 ***7406.*** *v—φ? ρ?? J 55. Ferner zu „bellum et victoria per se consideratae" etc:*

etenim consensus coacti non est consensus arbitrii, ergo est superfluus.

---

Datur consensus extortus, qui est validus, §. 304, I; hinc etiam *datur* potestas dominica valida et *servitus valida*, licet fuerit *extorta* ex. gr. si debitor, qui non est solvendo, in servitutem redigitur a creditore, ut operis praestitis, quae aequiparantur bonis, ipsi satisfaciat. *Naturaliter* vero, scilicet ab origine, §. 11, et remota laesione, §. 62, I, *nemo nisi ex consensu* suo *ultroneo subicitur* alterius *imperio*, §. 76, I, hinc *nec potestati dominicae*, immo *nec herili*. Ergo *naturaliter* omnis *societas dominica*, immo omnis societas *herilis pacto ultroneo coalescit; posita* vero *laesione datur servitus valida*, licet *pacto vi extorto* nitatur; quae tamen et *ipsa* est *pacticia*. Et eatenus *omnis societas herilis atque* speciatim omnis *societas dominica est pacticia*.

* Ex iure laesi in laedentem infinito, §. 261, I, vi cuius omnia licent, §. 265, I, colli[55]gi quidem potest pro ratione circumstantiarum *ius victoris iusti, hostem iniustum devictum*, et generalius *ius laesi, laedentem detrudendi in servitutem:* sed inde non consequitur, dari *servitutem*, quae citra pactum constituatur, ideoque sit *necessaria* et *legalis*, §. 9. Etenim 1) haec voluntas victoris unilateralis nondum efficit societatem: quia renitente adhuc devicto *voluntatum viriumque unio*, §. 2, nulla concipi potest, immo praecise oppositum, *pugna* voluntatum et virium, concipiatur necesse est. 2) *Potestatis dominicae exercitium physice impossibile est citra devicti consensum.* Devictus enim hostis nunquam imperata victoris faciet; nisi quatenus *obsequium*, tamquam *malum minus*, praefert ulteriori victoris *coactioni* mortisque ipsius periculo, tamquam *malo maiori*, hoc est quatenus vult, consequenter quatenus *consentit* vel *tacite* saltem. Ergo omnis *potestas dominica*, immo omne *ius sociale*, et hinc omne *imperium*, *si oriuntur ex bello et victoria*, *supponunt* pactum victoris cum devicto, quo finitur hostilitas mutua, consequenter *pactum pacis*, §. 304, I. Omnis igitur *societas eorum*, *qui hactenus bello concertarunt*, *est pacticia.* Ergo bellum et victoria per se consideratae non [56] sunt *modus adquirendi* potestatem dominicam, immo nec imperium nec ullum ius sociale adquirendi, ideoque nec modus constituendae societatis, sed tantum horum omnium *occasio.* Unde conficitur,

*ius detrudendi devictum in servitutem* nondum involvere ipsum imperium; sed tantum *ius obligandi devictum* etiam vi adhibita, ut *consentiat in servitutem*, atque ideo in imperium et potestatem dominicam victoris.

§. 73.

Quoniam ob diversitatem qualitatum personalissimarum, quae tum in hero tum in famulo mente concipi possunt, interest utriusque hunc sibi potius, quam alium eligere famulum herumque, qui societatem herilem pacto ultroneo contrahunt, ad qualitates personalissimas invicem praeprimis attendere censentur. Atque ita *imperium heri in famulum servumque ultroneum*, atque *ius famuli servique ultronei in herum est personalissimum;* consequenter et correlata *subiectio* atque *obligatio est personalissima*, ideoque *nexus* omnis *societatis herilis ultroneae* est *perso*[57]-*nalissimus*, §. 48. Itaque *iura atque obligationes eiusmodi societatis mutuae non aliter transmissibiles fiunt, nisi accedente consensu mutuo expresso vel tacito.*

§. 74.

De *mancipii* vero condicione aliter omnino statuendum est. Hosti enim devicto quando servitus obtruditur, integrum non est, an et quemnam sibi velit eligere dominum. Hostis vero victor, propriae potissimum utilitati intentus in constituenda servitute, ad plus quam e natura servitutis colligi potest, se ultro obligare voluisse censendus non est. Quoniam igitur victor detrudens devictum in servitutem renuntiat iuri suo qua laesi in laedentem, et mancipio pro operis nihil promittit nisi conservationem et sustentationem vitae; nihil ipsi ultra debet, consequenter nec contra obligationem hoc pacto contractam agit, sie transfert in alium eam potestatem dominicam, quam sibi pacto vi iusta extorto in mancipium adquisivit. Quamobrem [58] *domino in mancipium competit ius transmissibile: licet ius mancipii in dominum* ad alimenta sibi praebenda *perstet ius personalissimum*, §. 73, quod invito domino transferri nequit in alium.

1. Dan. Frider. Hoheisel diss. *de mercatu corporum humanorum* Lips. 1720.

* Itaque quamvis mancipium domino alium vice sua obtrudere nequeat; attamen domino integrum est, potestatem suam dominicam etiam invito mancipio transferre in alterum. *Differentia iuris* circa servitutem ultroneam et coactam quaerenda est in differentia status servi ultronei et coacti ante initam societatem dominicam. Ultroneus servus erat homo liber, in quem domino *nihil licebat:* coactus contra erat hostis iniustus, in quem domino, qua hosti iusto, tunc *omnia licebant.* Dum *servitus ultronea* constituitur, *ex servi potius* quam domini *arbitrio* pendet, *determinare, in quantum renuntiare velit libertati* suae *naturali:* in *servitute* contra *coacta ex domini potius* quam servi *arbitrio* pendet, *in quantum iuri* suo *hostis iusti* in hostem iniustum *renuntiare velit.* Hinc *terminos* figere *potestatis dominicae* circa *servitutem ultrone*[59]*am* in *servi* potissimum, circa *coactam in domini positum* est *arbitrio.*

**7407.** *ϱ. J 62. Oberer Rand. Zu § 79:*

Die Glieder (aliirten) und Angehörige der Familie.
Aus einem Kinde wird ein [Angehö] Glied [oder] der Familie.

---

§. 75.

5 Cum dominus per servum adquirat, §. 71; sequitur, ut *dominus in prolem servi* sui *cum ancilla* sua *progenitam tantum iuris adquirat, quantum iuris transmissibilis in eam naturaliter competit parentibus.* Ergo nihil nisi *ius tutelae* adquirit, §. 63, neutiquam potestatem dominicam, §. 62. Quamobrem ex lege naturali *proles servorum parentum non nascitur servus*, sed *pupillus* dumtaxat *domini* parentum 10 suorum. Quoniam vero proles servi sumptibus domini educanda, a prole olim restituendis; *domino ius est, operas a prole exigendi, donec de sumptibus istis sibi satisfactum fuerit.*

§. 76.

In famulum inoboedientem hero, in servum domino competit ius puniendi, 15 §. 40. Laesio, quam superior subdito infert, dici speciatim solet GRAVAMEN. *In herum* itaque *aut dominum laedentem laeso famulo aut servo competit* [60] *ius postulandi, ut gravamen tollatur; in subsidium ius denegandi oboedientiam imperanti, resistendi aggredienti, vel domo eiusdem excedendi*, §. 12.

§. 77.

20 Fuere antiquitus et existunt hodienum *domini*, quibus, et *alimenta pro lubitu denegare*, et ipsam *vitam demere mancipiis* suis eorumque liberis et omni posteritati, *fas habetur:* adeo ut servos, omni iure humanitatis exutos laedique nescios, rerum propriarum iure, in quas nihil est nefas, aestiment. Verum *eiusmodi servitus* 1) *non est societas:* quia non continet commune bonum, §. 2, *nec* 2) *pacto* 25 *niti potest:* consentire enim, ut vita miseriis, malorum omnium formidolosissimis, perpetuo exposita sit, non voluntatis sed furoris est, 3) quim potius *est bellum perdurans*, status ab illo, qui inter socios intercedit, quam maxime abhorrens.

* Ex captivitate devictorum hostium ille mos irrationalis procul dubio originem traxit, in quos ante pacta omnis violentia iusta.

30 [61] Titulus IV.

DE

FAMILIA.

§. 78.

Iunge societatem vel coniugalem parentali, vel coniugalem herili, vel paren- 35 talem herili, vel coniugalem parentali herilique simul: nascetur societas composita, quae vocatur familia. Est igitur FAMILIA (domus, societas oeconomica seu domestica *strictius* dicta, §. 41) societas ex coniugali, parentali ac herili, vel saltem ex binis earum composita. Prior PERFECTA FAMILIA, IMPERFECTA posterior dicitur.

40 §. 79.

*Familiae membra* seu *socii* sunt 1) PATERFAMILIAS et MATERFAMILIAS:

***7408.*** *ϱ. J 63. Zu § 82 „imperans familiae“:*
Superior. Er gebietet nicht [sondern] und regirt sondern dirigirt voluntatem communem.

---

***7409.*** *ϱ. J 63. Zu § 82 „deficiente patrefamilias“ etc.:*
Äußerlich ist der älteste Sohn caput familiae. 5

---

ita nimirum in domo vocantur iidem, qui in societate coniugali maritus et uxor, in parentali pater et mater, in herili herus et hera appellantur, 2) filii familias et filiae familias, 3) famuli et ancillae, servi et servae, qui qua pars familiae vocantur DOMESTICI.

[62] §. 80. 10

*Finis societatis oeconomicae* est ex fine societatis coniugalis, parentalis atque herilis compositus: ideoque *in eo consistit, ut obtentio finis singulae cuiusvis societatis*, ex quibus composita est domus, *per singulam quamque* alteram earundem *promoveatur*: ergo ut *salus* cuiuslibet per reliquas *adaugeatur;* consequenter ut *altera sit alteri adiumento* et *remedio*, multo magis, *ut ne* altera alteri *sit impedimento*. Itaque et *salus domestica* in societatis coniugalis, parentalis atque herilis salute iuncta atque hinc invicem aucta vertitur. 15

Quamobrem *si quis consensu suo fit membrum societatis simplicis*, quae *pars* est *domus;* ipse simul *fit membrum domus*, ideoque vel tacite saltem *se obligat, quod salutem domus partiumque* eius *reliquarum*, quantum potuerit, *promovere velit*, 20 ac propterea iura quoque *huic obligationi respondentia adquirere intelligitur.* Ergo generalius: *Quicumque recipitur in societatem*, quae est *pars maioris* societatis, simul [63] *maioris* huius *fit membrum*, *iuraque* et *obligationes*, *quae in ista obtinent*, *adquirit.*

§. 81.

Familia est societas necessario composita, §. 41, et rectoria, §. 22. 25

§. 82.

*Imperans* (caput) *familiae* est *paterfamilias* et *materfamilias*, §. 66 et 59; quibus *imperium domesticum* naturaliter est *commune* respectu *liberorum*, §. 53; *et*, quatenus ipsorum mutuo consensu constituta quoque societas herilis, etiam respectu *famulorum servorumque*. Atque *eatenus imperans domesticus est persona moralis*, §. 92, 30 Pr. Potest tamen *patrifamilias soli* competere *imperium* in domo *ex pacto*, partim per se, partim per matremfamilias exercendum: immo *deficiente patrefamilias* omne *imperium* domesticum *competit matrifamilias soli;* ergo et mortuo patrefamilias in matremfamilias superstitem omne imperium domesticum devolvitur, §. 64.

*Imperio domestico subsunt liberi familias*, §. 59, et *famuli servique domestici*, 35 §. 66 et 70.

***7410.*** *ϱ—σ. J 64. Zu § 84 Anfang:*
Fortdauer der Familien.

---

[64] §. 83.

*Imperans in domo habet* ius, dirigendi pro arbitrio actiones liberorum fa-
5 milias et domesticorum ad salutem domesticam, §. 22 et 80; hinc *ius, per liberos-familias promovendi* simul *salutem matrimonii* et *societatis herilis, atque* vice versa *per domesticos promovendi* et *parentalis* et *coniugalis societatis salutem; ius leges domesticas ferendi*, §. 84, *ius immorigeros liberos familias domesticosque puniendi*, §. 40, cet.

§. 84.

10 Denique *ex consensu mutuo patris matrisque familias*, ad constituendam in domo societatem herilem, derivatur *ius eorundem mutuum, ideoque et obligatio eorundem erga se invicem, ad promovendam per liberos familias* atque *domesticos rei familiaris salutem.*

* Exortis familiis *ius succedendi ab intestato* et *ex testamento* sensim
15 invaluisse, facile largimur. Interim hoc ius omne ex solo societatis matrimonialis, parentalis aut etiam familiae conceptu demonstrari non potest. Itaque ut constitueretur, ab initio *pactis* opus fuit: post in consuetudinem et in legem familiae tacitam eo facilius abiit; quo magis familiarum vicinarum omnium intererat, ne hereditas defunctorum parentum familias
20 praeda vel servorum vel cuiusvis fieret occupantis.

[65] IURIS NATURALIS

LIBER III.

IUS CIVITATIS UNIVERSALE.

SPECIATIM

25 IUS PUBLICUM UNIVERSALE.

§. 85.

Cum homo naturali primarioque impulsu feratur in sui perfectionem, §. 5 et §. 73, Pr.; *omnium hominum scopus* seu finis primarius atque supremus *est felicitas; speciatimque*, sicubi nempe a beatitudine atque a vita post mortem cogi-
30 tanda discesseris, *felicitas externa (prosperitas)*, §. 24, Pr. Hinc quaerunt *media felicitatis externae;* hinc *bona externa, quibus* nempe *ad felicitatem externam* fruuntur, *conservare*, aliisque continuo bonis *augere* satagunt. Horum bonorum dum conservationi student, *securitatem* quaerunt, §. 134, Pr.; dum incrementa persequuntur, ad abundantiam bonorum externorum, hoc est ad SUFFICIENTIAM
35 VITAE, quantum fieri potest, adspirant.

[66] Studium felicitatis externae homines singulos per *fines subordinatos,* tamquam per media, in societates primum simplices, mox in familias, deinde

***7411.*** *ϱ? ϰ? J 68. Neben „Iuris Civitatis — Ius Gentium Universale“, § 87:*

Ius gentium est etiam ius in statu naturali.

---

in varias iterum societates maiores coëgit. Cum vero has coniunctiones ad scopum obtinendum sentirent longe insufficientes; tandem unitis viribus directo 5 contendere ad felicitatem externam coeperunt, atque in eas societates, quae *civitatum* nomine insigniuntur, coaluerunt. Quae quidem *societas*, cum inter ceteras societates maiores, ad bonum quoddam externum obtinendum comparatas, ipsa experientia reperiatur specie *perfectior*; hoc etiam loco tamquam talis est consideranda. 10

§. 86.

Est vero CIVITAS (respublica *late* d.) plurium familiarum ad persequendam felicitatem externam societas inaequalis. Socii civitatis dicuntur CIVES, suntque vel imperans *civilis* vel *subditi civiles.* Exteri, seu qui membra nostrae civitatis non sunt, PEREGRINI vocan[67]tur. POPULUS in disciplinis, quae de 15 civitate agunt, mox civium mox subditorum civilium eiusdem civitatis complexionem denotat, sumitur et generalius pro multitudine familiarum, quae corpus aeternum constituunt.

Scientia legum naturalium posita civitate observandarum IUS CIVITATIS UNIVERSALE vocatur: quod igitur nihil aliud est quam Ius Naturale ad civi- 20 tatem applicatum, atque in deducendis iuribus ac obligationibus naturalibus, quae hominibus in statu civili, ideoque civibus et civitatibus competunt, occupatur.

§. 87.

Ius Civitatis tamquam Ius Sociale in Intrinsecum et Extrinsecum dispescitur, §. 5. *Ius Civitatis Intrinsecum* docet iura atque obligationes civium erga se in- 25 vicem: hinc tradit iura atque obligationes, vel imperantis civilis et subditorum civilium mutuas, vel subditorum civilium erga se invicem; prior species Iuris Civitatis Intrinseci dicitur IUS (civitatis) PUBLICUM, posterior IUS (civitatis) PRIVATUM.

[68] *Ius Civitatis Extrinsecum* docet iura atque obligationes civium ac civi- 30 tatis erga exteros. Exteri sunt personae vel singulares vel morales atque integrae societates seu minores seu maiores. Eminent prae ceteris societates maiores aeternae atque liberae, quae GENTES appellantur, §. 97, Pr. Inde enascitur species determinata Iuris Civitatis Extrinseci, quae vocatur IUS GENTIUM, traditque iura ac obligationes gentium erga se invicem. 35

Iuris Civitatis Universalis Intrinseci pars praecipua est *Ius publicum Universale*, Extrinseci *Ius Gentium Universale.*

* * *

Ex illis *scriptoribus*, qui integrum Ius Civitatis Universale, Ius nempe Publicum Universale una cum Iure Gentium Universali singularibus commentariis exposuerunt, notatu praeprimis digni sunt; Huberus 1), Wolfius 2), Burlamaquius 3), Rutherforthius 4) et Vattelius 5).

5 [69] 1) Ulrici Huberi *de iure Civitatis* libri III. edit. 4ta cum *notis* Christ. thomasii, Francof. et Lips. 1708. 4; it. cum commentariis Nicol. Christoph. L. B. de Lyncker, suppletis cura Io. Christiani fischeri, Francof. et Lips. 1752. 4.

Eiusdem *institutiones Reipublicae* in operibus Huberi minoribus (ab
10 Abrah. Wieling Traiecti ad Rhen. 1746. II tomis 4. editis notisque illustratis) tom. I. p. 1.

2) Wolfii *Ius Publicum* et *Gentium Universale*, vid. supra part. I. p. 48.

3) *Principes du Droit Politique* (par Burlamaqui), ib. pag. 49.

4) Rutherforth's *Institutes of Natural Law.* London Vol. I 1754,
15 Vol. II 1756. 8.

5) *Le Droit des Gens* p. Mr. de Vattel, Leide 1758. II tomes 4.

Extat enim peculiaris *bibliotheca Iuris Civitatis* 1): usum vero huius studii in Iure Publico Germanico eximium eleganter ostendit stegerus 2).

[70] 1. (Anonymi) *bibliotheca Iuris Imperantium quadripartita*, seu com-
20 mentatio *de scriptoribus Iurium, quibus summi Imperantes utuntur, Naturae* et *Gentium, Publici Universalis* et *Principum Privati*, Noribergae 1727. 4.

2. Adriani Stegeri diss. de *Iure Naturae Iuris publici Imperii R. Germanici principio*, Lips. 1747.

[71] Sectio I.

25 IUS PUBLICUM UNIVERSALE IN GENERE.

§. 88.

Ius publicum universale *docet* iura atque obligationes naturales imperantis civilis et subditorum civilium mutuas; eas itaque potissimum, quae ipsis qua talibus competunt, *iura* et *obligationes civiles.* Hinc est *Ius Naturae* applicatum
30 ad imperantem et subditos civiles in relatione erga se invicem; tradit *leges* a subditis civilibus et imperante civili invicem naturaliter observandas; ideoque *nexum iuridicum* inter eosdem intercedentem explicat, §. 6; docetque *officia civilia* imperantis et subditorum mutua.

* * *

35 *Auctores*, qui Ius publicum Universale scriptis peculiaribus pertractaverunt, potissimum sunt: Sidneius 1) et Lockius 2), Angli, Boehmérus 3), Fritschius 4) Wol[72]fiusque 5), Germani, Iohanson 6) Pseudonymus Suecus.

1) *Discours sur le Gouvernement* par Algernon Sidney, publiez sur l'original manuscript de l'Auteur et traduits de l'Anglois par A. Samson.

***7412.*** *ι? κ?? J 74. Zu § 89, 2 Anfang:*
Non reqviritur, ut felicitas universitatis sit finis omnium, nam ad hoc reqvireretur communio qvaedam bonorum.

---

***7413.*** *ι? κ?? J 74. Zu § 89, 2: „salus publica“:*
iustitia publica. 5

---

à La Haye 1702. III tomes 12; et nouvelle edition (Paris) 1756. IV tomes 12. Anglico sermone prodiit Londini anno demum 1704. fol.

2) *Two treatises of Government*, in the former the *false principles* of Robert Filmer and his followers *are detected* and *owerthrown:* the latter is an *Essay concerning the truē Original, Extent and End of Civil Gouvernement* (by Iohn Locke), London 1690. 8, cuius edit. quinta auctior Lond. 1728. prodiit. Huius opusculi Gallice versi aliquot extant editiones, praestantior autem reliquis est, quae sequitur: *Du Gouvernement Civil* par Mr. Locke, trad. de l'Anglois, cinquieme edition e. actement *revuē* et *corrigée* sur la cinq. edition de Londres et augmentée de quelques *notes* par L. C. R. D. M. A. D. P. Amsterd. 1755. 12. 10 15

[73] 3) Iusti Henningii oehmerii *introductio in Ius Publicum Universale*, Hal. 1709. 8, ed. 2da emendatior ibid. 1726. 8.

4) Godofr. Ernesti Fritschii *Ius publicum Universale*, Ienae 1734. 8.

5) Christiani L. B. de Wolf *de Imperio Publico* seu *Iure Civitatis*, in qua omne Ius Publicum Universale demonstratur, et verioris Politicae inconcussa fundamenta ponuntur, tamquam Iuris Naturalis pars VIII et ultima, Halae 1748. 4. 20

6) Die *bürgerliche Regierung nach ihrem Ursprunge* und *Wesen* betrachtet von Ioh. Martin Iohanson (verus Auctor fertur Ioh. Montin), aus dem Schwedischen, Stockholm (Leipzig) 1750. 8. 25

§. 89.

Quoniam itaque civitas in plurium familiarum ad consequendam felicitatem externam societate inaequali consistit; ad civitatem requiruntur 1) *plures familiae:* non exclusis aliis personis singularibus, extra familiam degentibus, ne [74] que exclusis aliis personis moralibus seu integris societatibus, qua reipublicae membris. 30

2) Requiritur *felicitas externa*, tamquam finis communis et bonum omnibus reipublicae membris commune. Felicitas externa, qua universis civibus communis, vocatur felicitas publica; inde etiam progressus ad eam obtinendam haud impeditus appellatur salus, §. 3, publica, et bonum, quod ad omnes cives spectat, bonum publicum. Si qua societas maior ad rapinas et latrocinia agenda coalescit; ea civitatis nomine adeo est indigna, ut ne quidem societas legitima sit, §. 9. 35

***7414.*** *ψ. J 74. Zu § 89, 3 „Requiritur imperium“:*
illimitatum

---

***7415.*** *ψ? υ—χ? J 75. Zu § 91 „Civitas naturaliter constituitur pacto“:*
5 fit populus.

---

3) Requiritur *imperium*, tamquam *medium* determinatum, quo finis civitatis persequendus est, hinc *imperium civile* (potestas civilis, imperium publicum) dictum. Atque ita differt civitas a societatibus maioribus aequalibus, ad securitatem vel felicitatem externam persequendam constitutis.

10 [75] §. 90.

Ceterum *civitas* vi originis *est libera*, §. 16, eademque *perfectior* est, si familiae non suae tantum, sed posteritatis simul suae felicitati consulentes, constituant civitatem ex intentione sua perduraturam, quod ipsarum posteri superfuerint. Atque ita civitas oritur, quae est *societas aeterna* (corpus immortale), 15 hoc est in qua alii socii aliis successive succedunt, §. 97, Pr. Hinc *civitas* hoc loco *spectatur ut libera*, §. 11, et *ut corpus aeternum*, §. 85; immo etiam *ut societas*, certam orbis terrarum regionem constanter inhabitans, seu *quae sedem stabilem habet*, qualem nempe habere perfectiores civitates omnes reperimus.

§. 91.

20 Civitas naturaliter constituitur pacto, quod vocatur PACTUM UNIONIS CIVILIS. Ex hoc pacto singuli obligantur universis ad bonum publicum promovendum, et universi singulis ad prospiciendum securitati et sufficientiae vitae [76] ipsorum. Hinc *a neutra parte faciendum, quod saluti publicae adversatur.* Quatenus in civitate nihil tale faciendum, hinc bonum privatum postponendum 25 publico; *salus publica suprema civitatis lex* dicitur, §. 7.

§. 92.

Quoniam vario modo et diversis mediis finem civitatis persequi datur; *si constituitur civitas, modus, quo salus publica promoveri*, seu media specialia, quibus ad finem civitatis contendi debet, *determinanda sunt:* quod naturaliter communi 30 civium consensu, hinc iterum pacto perficitur. Atque ex hoc *pacto specialiori*, quo ordinatur respublica, *civitas* quaelibet *formam* suam *specificam nanciscitur*, quam ex pacto generaliori unionis civilis nondum habet.

§. 93.

Cum civitas vi originis spectanda ut libera: *universi pro arbitrio de forma* 35 *reipublicae suae* [77] *convenire possunt. Hinc ipsis ius est*, constituendi, quaecumque eo fine necessario esse arbitrantur; ideoque determinandi pro lubitu,

***7416.*** *ι—κ. J 77. Zu § 94 „imperium constituitur“:*
constitutio, quo constituitur universitas civilis sive populus, deinde regulativum, quo instituitur respublica qvoad formam.
*Zu „ex pacto repetendum“:*
non ex pacto reali sed ideali, weil der Zwang voran geht. 5

---

***7417.*** *ι—κ. J 78. Zu § 95:*
Voluntas summi imperantis est anima fori externi, ergo iudicia de actionibus imperantis valida cum illis semper consentiunt, ergo delinqvere non potest.

---

***7418.*** *ι—κ. J 78. Zu § 95 „imperium summum“:* 10
Oberherr, Beherrscher, souverain.
*Ferner:* non ideo illimitatum, erga adversus summum imperantem nemini sunt iura. Voluntas ipsius est lex et reciproce ideo summus imperans semper est ipsa civitas.

---

quae constanter eodem modo fieri debent, hoc est *leges ferendi*, decernendique 15 etiam, quid in casu quolibet emergente faciendum.

§. 94.

Quoniam autem pacto unionis civilis simul *imperium* constituitur, §. 86; *singuli se subiciunt universis*, ita ut, *quidquid universis visum fuerit salutis publicae causa determinare, singulos tamquam subditos obligare debeat*, qui igitur universis 20 oboedire tenentur. Quamobrem *imperium civile* naturaliter *ex pacto repetendum*, vique originis *penes populum est*, tamquam ius proprium.

§. 95.

Cum civitas vi originis sit libera; exercitium imperii populi in singulos naturaliter est independens ab imperio alterius hominis cuiuslibet, §. 84, 85, I. 25 Imperium societatis maioris, [78] quatenus eius exercitium a nullius hominis imperio dependet, IMPERIUM SUMMUM (summa potestas), et hinc IMPERANS, cui id competit, SUMMUS appellatur. Quamobrem *imperium civile* vi originis, et hinc imperium, *quale populo originarie competit, est summum.* Vi ergo *summitatis* (suprematus) *imperii* nullus actus, ad imperii exercitium spectans, ullius hominis 30 iuri subest, nec ab ullo homine irritus fieri potest. Imperium civile qua summum, seu qua independens ab alius imperio, vocari etiam MAIESTAS solet.

1. Iani de WITT diss. *Quinam vere habeant maiestatem in societate civili?* Lugd. Batav. 1741.

**7419.** *ϱ—σ? ο?? J 80. Zu § 98 Satz 3 „vocatur“:*
est quasicontractus.
*Zu „pactum subjectionis“:*
alienati imperii.
5 *Ferner:*
Pactum subiectionis absolutae unter den souverain und restrictae unter principem repraesentat ipse populum ex pacto unitum.
Es kann kein pactum mit summo suo imperante stattfinden, weil ein theil seine Bedingungen nicht zu erzwingen, ja gar nicht einmal dar-
10 über zu urtheilen, befugt ist.

---

**7420.** *ϱ—σ? ο? J 80.*
Beym pacto subiectionis kann sich das Volk keine rechte vorbehalten, weil es sonst sich auch eine Gewalt vorbehalten müste, den imperantem zu zwingen.

---

15 §. 96.

Si civitas ordinanda: universi inter se conveniant necesse est, utrum imperium civile sibi retinere, an in aliquam personam transferre, et quomodo transferre; utrum in personam unam vel plures coniunctim; totum imperium vel divisum; certa lege aut sine ulla lege; tam[79]quam transmissibile in certos alios
20 aut tamquam personalissimum; num saltem quoad exercitium, an quoad ipsam substantiam deferre malint.

§. 97.

Regit civitatem, qui exercet imperium publicum in civitate; ipsum exercitium est regimen, et is, cui a populo datum regimen, rector civitatis
25 est. Si regimen rectoris civitatis dependet a populo (a populi imperio), non rector civitatis, sed populus est imperans civilis; sin minus, non populus, sed rector civitatis est imperans civilis. Atque ita *is, in quem a populo translatum imperium, ut id exerceat,* est 1) *imperans civilis:* quippe vi translationis *imperium ipsi competit independenter a populo,* ideoque *proprio iure* et *suo nomine,* 2) idemque
30 *summus* respectu et exterorum, vi originis, §. 95, et ipsius populi quem regit, ideoque in ipso *maiestas* residet, §. 95.

[80] §. 98.

Sume imperantem civitatis, qua personam a populo distinctam. Cum imperium civile naturaliter pacto adquiratur, §. 76, I; *imperans civilis imperium et*
35 *maiestatem habet ex pacto cum populo;* qui in ipsum transfert imperium, atque ideo se ipsi subicit. Unde talis conventio per exc. vocatur pactum subiectionis

***7421.*** *ϱ—σ? ο? J 80.*

Contractus socialis nicht principium der Staatserrichtung sondern Staatsrechts.

***7422.*** *ϱ—σ? ο? J 80. Zu § 98 „maiestatem habeat“:*

quasi 5

*Zu „populo“:*

deo tantum respondere tenetur (^s kann nur von Gott gerichtet werden).

***7423.*** *ϱ—σ? ξ—ο? J 80. Zu § 98, 3 „usurpator imperii“:*

Usurpator summi imperii aut illius haeres caret titulo aut titulo 10 externo necessario caret, qvi est fons et principium iustitiae externae*, ideoque non laedit, sed interne iniustus est.

*(^g iustitia autem externa est status, in qvo ius externum praeditum est effectu.)

***7 f.*** *s-Zusatz: σ.* 15

(civilis). Quamobrem 1) *imperans civilis maiestatem habet a populo, non* vero *immediate a Deo*, 2) *ius imperantis metiendum ex pacto* tum unionis, tum subiectionis civilis, *et fine civitatis*, §. 35, hinc ex voluntate, quae populo fuit, cum imperium transferret, 3) ut valida sit ipsius potestas, pactum subiectionis validum requiritur. Qui sine iure sibi arrogat imperium, est USURPATOR IMPERII: 20 ideoque *qui e pacto subiectionis vel nullo vel vitioso sibi arrogat imperium publicum, non est legitimus imperans, sed imperii civilis usurpator.* Potest tamen vitium, quod ab initio inest usurpationi, consensu populi subsequente expresso vel tacito sanari.

[81] 1. De controversia, *an maiestas sit immediate a Deo?* inter MASIUM et THOMASIUM acerrime agitata conf. 25

Hectoris Godofredi MASII *interesse Principum circa religionem Evangelicam*, Hafn. 1687.

Christiani THOMASII *Monathliche Gespraeche*, Decembr. 1687.

MASII comm. *de origine imperii divina et immediata*, Hafn. 1688. 4.

THOMASII *gemischte philosophische und iuristische Haendel*, II Theile, 30 3tes Hauptst.

2. Historiam litis Augustini LEYSERI de eadem thesi cum *Theologis* et *Philosophis Vitembergensibus* videsis apud LEYSERUM *praef.* ad comment. *de assentationibus Iureconsultorum*, Helmst. 1726. 4. it. ex edit. Henr. Gottl. FRANCKE, ibid. 1741. 4. et *specim.* 568. ad *Digesta*. 35

***7424.*** *ϱ—σ. J 80. Ferner:*
respectu alius imperium praetendentis.

---

***7425.*** *σ? φ?? J 82. Zu § 100 „peculiares obligationes adhaerent“:*
5 reqvirit adhuc superiorem imperantem.

---

***7426.*** *υ—φ? ϱ—σ? J 83. Zu § 101 „quo perficitur translatio“:*
translatio imperii secundum Hobbes.

---

§. 99.

Quoniam imperium civile consistit in iure determinandi, quaecumque ad 10 salutem publicam sunt necessaria; pro horum differentia varia complectitur iura, indeque *imperium publicum* et maiestas ut *totum ex pluribus partibus com*[82]*positum* spectari potest, atque ideo quodlibet ius particulare maiestatis, immo imperii publici cuiusque, vocatur IUS MAIESTATICUM. Iura maiestatica a quibusdam *partes potentiales* imperii civilis appellantur.

15 IMPERIUM CIVILE, nulla sui parte (potentiali) diminutum, est PLENUM; MINUS PLENUM contra, si aliqua sui parte diminutum. *Imperium civile, quale originarie populo competit,* vi libertatis naturalis *est plenum; translatum* a populo *plenum* vel *minus plenum competere potest ei personae, in quam translatum:* quippe ius imperantis eiusmodi civilis e pacto subiectionis metiendum, §. 98.

20 §. 100.

IMPERIUM CIVILE, cuius exercitio peculiares obligationes adhaerent, seu cuius exercitium certis legibus est adstrictum, LIMITATUM (restrictum) dicitur; ABSOLUTUM (illimitatum) vero, quod limitatum non est. *Imperium civile, quale populo vi originis* et liber[83]tatis naturalis *competit, est absolutum; translatum vero* 25 *absolutum vel limitatum* evadere potest, §. 98. *Quodsi* itaque a *populo transfertur imperium simpliciter;* ei, in quem transfertur, ideoque *naturaliter omni imperanti civili competit imperium publicum summum, plenum* atque *illimitatum.*

De cetero imperium civile minus plenum esse potest absolutum, et vice versa plenum esse potest limitatum, immo pro aliqua parte limitatum, pro re-30 liqua absolutum.

§. 101.

Pone imperantem, in quem imperium publicum simpliciter translatum, sive ille sit persona singularis sive moralis. In pacto subiectionis, quo perficitur translatio, populus, hinc singuli et universi cives sese subicientes, promittunt

*Zu „ut curam salutis publicae agat“:*
schreiben sie ihm auch vor wie, und behalten sich die Gewalt vor, ihn zu zwingen.

---

***7427.*** *σ. J 84. Zu § 101 Schluss:*
ob diese obligatio stricta sey und ius civium cogens? 5

---

***7428.*** *υ? ϱ—σ? ο?? J 84. Zu § 102 „curam felicitatis — administratio reipublicae“:*
applicatio ad singulos per ministrum.

---

***7429.*** *υ? ϱ—σ? ο. Zu „singulos et omnes protegere“:*
Regimen et administratio sunt diversa. 10

---

***7430.*** *σ? ϱ?? Ferner J 85:*
Das Heil des Staats ist ganz was anderes als des Volks. Jenes geht auf das Gantze in Ansehung ihrer subordination unter Gesetze und der Verwaltung der Gerechtigkeit, dieses auf die privatglükseeligkeit eines jeden; das letztere zu besorgen gehört zu den Verdiensten eines Fürsten. 15

---

***7431.*** *ϱ? ο? κ?? J 84. Zu „Felicitas publica intrinsece“:*
zur Regirung gehöret, daß er nicht blos feldherrn setze, sondern es selbst sey, weil er die oberste Gewalt selbst führen muß. Ihm kommt also

---

imperanti oboedientiam in eum finem, ut curam salutis publicae agat, §. 86; ideoque imperans civilis acceptando imperium sese obligat ad curandam salutem 20 publicam mediante regimine, atque ob hanc, quam contrahit, obli[84]gationem, populus in ipsum transfert imperium, sibique oboedientiam erga ipsum imponit. Quare *ex obligatione imperantis civilis ad curandam salutem publicam derivatur* ipsius *ius imperandi, populique sui ad oboedientiam obligatio.*

§. 102. 25

Imperans itaque civilis obligatur ad curam felicitatis publicae mediante imperii sui exercitio, quae cura vocatur ADMINISTRATIO REIPUBLICAE. Hinc *tenetur salutis publicae remedia adhibere, removere impedimenta, bona externa iuraque singulorum et universorum* tum *conservare* tum *augere*, adeoque etiam *singulos et omnes* PROTEGERE, hoc est a violentia aliorum securos praestare; *quantum fieri* 30 *potest.*

FELICITAS PUBLICA *intrinsece*, id est respectu civium erga se invicem considerata, INTRINSECA appellatur; EXTRINSECA autem, quatenus respectu

zu: Gesetzgebung, Schutz und Regirung, inspection. Aber nicht ad-
ministration. Der König erniedrigt sich durch administration und macht
alles ungewiß durch eigne decreta. Im letzten falle ist seine regirung
despotisch, wenn er sich mit sachen der administration befaßt. Er inspicirt
5 das ministerium, das gouvernement und die Landesgerechtigkeit. Er ist
also Gesetzgeber, Regent und Feldherr.

---

***7432.*** *ρ? σ? J 85. Ferner:*

Durch die administration kan jemandem Unrecht geschehen. [Es muß]
Nämlich der Unterthan muß nach einer gewissen Regel wissen, was ihm
10 obliege. Diese ist das Gesetz. Wer das Gesetz anwendet, kan also Unrecht
thun. Daher muß ein höherer seyn, bey dem er sein recht suche.

---

***7433.*** *ρ? σ? J 85. Zu § 102 „Tranquillitas“:*

Securitas. Es kan tranqvil aber doch sehr ungerecht zugehen.

*Ferner:*

15 ab iniqvitate iudicis e laesione civis et vi exterorum.

*Zu „status a metu“:*

seditione

---

***7434.*** *ρ? υ—χ? J 84. Zwischen § 101 und 102:*

Dem Souverain kommt die Bestellung und Erhaltung derjenigen
20 Macht zu, die zur Sicherung der bürgerlichen Verfassung erforderlich ist,
d. i. die Regirung; ob er zwar Regent seyn kann, ohne Souverain zu seyn.

---

***7435.*** *ρ? σ? J 85. Zu § 103 „subditorum civilium“:*

non exterorum

---

***15*** ab iniqvitate — *Schluß der Refl. υ—φ.*

---

25 exterorum consideratur. Eodemque significatu et *publica salus, se*[85]*curitas, prosperitas, regimen, administratio reipublicae* in *intrinsecam* et *extrinsecam* dispescitur. Ad securitatem pertinet TRANQUILLITAS, status a metu violentiae vacuus. *Publica tranquillitas* in singulorum universorumque civium tranquillitate consistit: *intrinseca,* qua civis a concivi; *extrinseca,* qua singulus quisque civis et totum
30 corpus civitatis ab exteris violentiam non metuit. *Et intrinsecae et extrinsecae felicitatis publicae cura imperanti civili incumbit.*

§. 103.

Ex hac imperantis civilis obligatione effluit *ius subditorum civilium, ut salutem publicam actu curet,* non negligat, multo minus evertat; *ut non ad alium*

*Ferner:*

Er hat keine obligation, denn er hat keinen Willen übel zu thun; der so über den Gesetzen ist, kann nicht unrecht thun.

---

***7436.*** *ρ? υ—φ? J 87. Zu § 104 Schluss „imperanti civili — ius competit":* 5

Das imperium erstreckt sich so weit, als ein Volk über sich selbst beschließen kann. Denn imperans ist immer repraesentant des Volks.

---

*finem, publico bono contrarium, regimine abutatur*, si ex. gr. utilitati, potentiae, gloriae propriae unice sit intentus; *utque auxilium subditis non deneget*, quo laesis damnum reparetur, adflictis succurratur, periclitantibus securitas praestetur, ca- 10 lamitates propulsentur, necessaria et commoda vitae procu[86]rentur; *ut ne* denique *subditos, gravamina exponentes, protectionem implorantes, aditu prohibeat.*

§. 104.

Quoniam vero in imperantem civilem translatum imperium publicum summum, §. 97; *imperanti civili ius competit, pro arbitrio suo* administrandi rempublicam. 15 Hinc si simpliciter imperium ipsi delatum, §. 100; *ius habet constituendi omnia, quae ad bonum publicum* consequendum *ipsi facere videntur*, ideoque *ius in omnia, sine quibus salus publica obtineri non potest*, immo *obtineri non posse arbitratur.*

Negotia civilia, quae saluti publicae propius inserviunt, dicuntur publica: quae itaque extrinsecam vel intrinsecam salutem concernunt, §. 102, unde illa 20 vocantur extranea, haec domestica. Iura vero maiestatica, si ad regimen extrinsecum pertinent, transeuntia (aequiparantiae) nominantur; ad intrinsecum; immanentia (permanentia, disquiparentiae). Quare *impe*[87]*ranti civili* naturaliter *ius competit, pro arbitrio determinandi omnia negotia publica domestica* et *extranea*, quae et a quo et quomodo expedienda; et competunt *iura* 25 *maiestatica quaelibet* seu *transeuntia* seu *immanentia*, §. 100.

§. 105.

Huic iuri imperantis civilis respondet in subditis *obligatio* ad *obsequium*, §. 32, *civile*, hoc est ad oboedientiam in iis, quae imperans ad salutem publicam ipsis praescribit. *Tenentur* hinc *subditi submittere voluntatem* et *vires* suas *in iis*, 30 *quae ad bonum publicum promovendum determinat*, ideoque *omittere*, quae eo fine prohibet, *committere*, quae praecipit; *quantum possunt.*

**7437.** *ϱ—σ. J 87. Zu § 106, 1 „in omnes actiones singulorum“:* non singulorum sed omnium sive universorum.

*Zu § 106 Anfang:*

Er hat ein recht auf alles, was zur öffentlichen sicherheit und Wohl-
5 farth gehört.

---

**7438.** *ϱ? ο? κ?? J 89. Zu § 107 „actiones civiliter indifferentes — naturalis libertas“:*

e. g. Matrimonium, religio. Die Wahl der Lebensart.

*Ferner:*

10 Die natürliche Freyheit wird durch den statum civilem gar nicht vermindert sondern restringirt. Jeder wird sich selbst verbunden. Alles commercium restringirt auch im statu naturali die Freyheit aber nur

---

§. 106.

*Imperium* civile *extenditur, quousque patet felicitas publica, et patet imperantis*
15 *ad eam curandam obligatio.* Quamobrem *quatenus id exigit salus publica, ius ipsi competit* 1) immediate *in omnes actiones singulorum* et *omnium subditorum,* hinc et *societatum civilium,* quorum [88] membra sunt subditi civiles; 2) mediate vero *in omne, quod est suum subditorum,* atque ideo *in omnia iura ipsorum* seu connata seu adquisita, tam in personas quam in res, speciatim etiam *in prolem subditorum*
20 *civilium,* §. 90, quod tamen per se non est imperium civile, §. 75, sed illud demum fit pacto prolis expresso vel tacito; consequenter et 3) in eam regionem, quam populus inhabitat, et in qua originarie imperium habet, h. e. in TERRITORIUM civitatis. Unde concipitur *ius territoriale imperantis civilis,* vi originis *summum* et *maiestaticum,* §. 100.

25 Ex hac imperii civilis extensione, *subiectionis civilis extensio* simul determinatur. Quatenus igitur subditi imperio civili subsunt; eatenus libertate naturali destituuntur, §. 33.

§. 107.

Ex adverso *imperium civile intra fines salutis publicae restringendum est.* Im-
30 perare ergo imperans publicus, quae ad eam promovendam haudquaquam conducunt, vel genera[89]tim imperium hominis respuunt, §. 39, nequit; multo magis, quae in manifestum reipublicae detrimentum tendunt, imperare prohibetur.

Ergo dantur actiones subditorum civilium, quae imperio civili non subsunt, ACTIONES CIVILITER INDIFFERENTES (civiliter adiaphora), §. 49. I,
35 respectu quarum subditis civilibus superstat naturalis libertas. Residuum libertatis naturalis, quod subditis civilibus qua talibus competit, vocatur LIBERTAS

potentialiter. ([s] Der souverain hat ein recht in actiones civiles, sie zur harmonia civili zu restringiren).

---

***7439.*** *ϱ? ο? ϰ?? J 89. Zu § 107 „libertas civilis“:*

Die bürgerliche Freyheit besteht in der Gleichheit des Beystandes der öffentlichen Gerechtigkeit. 5

Die privatfreyheit in der Befugnis der freyen disposition über alles, was nicht das publicum angehet.

*Ferner:*

Die Freyheit zu thun, was man will, ohne durch einen andern als den allgemeinen Zwang des Gesetzes eingeschränkt zu seyn. 10

---

***7440.*** *ϱ? ο? ϰ?? J 89. Zu § 107, 2 „imperium civile ab imperio despotico“:*

imperium in omnes actiones.

---

***1f.*** *s-Zusatz: σ?*

---

CIVILIS. Ergo 1) subiectione civili imminuitur quidem libertas naturalis, non vero omnis tollitur, §. 38, 2) subiectio civilis maximopere distat a servitute, imperium civile ab imperio despotico, §. 37, et a potestate dominica, §. 70. 15

1. Christ. Erdmanni PFAFFREUTERI diss. prima: *limitum, quibus subditorum erga imperantes terminatur fides, inquisitio generalis*, Lips. 1705. Eiusdem diss. altera: *inquisitio specialis*, Lips. 1706. 20

2. *Cato's Lettres*, or *essays on Liberty Civil* and *religious* and *other important subjects*, [90] quinta edit. London 1748. IV Vol. 12. Harum epistolarum, primum singulatim 1720—1723. editarum, auctores sunt T. GORDON et TRENCHARD. Germanice versae sub tit. *Cato* oder *Briefe von der Freyheit und dem Glück eines Volks unter einer guten Regierung*, Goettingen 1756. IV Baende 8. 25

3. Dan. MAICHEL. diss. *de civitatum saluberrimo instituto deque summi imperii limitibus*, Tubing. 1745.

4. *Religious* and *Political Liberty:* an oration by FRANCIS, London 1754. 4. 30

§. 108.

Ceterum si *dubium* est, *an*, *quod ab imperante civitatis determinatum*, *saluti publicae conveniat* vel minus conveniat? *praesumtio est pro imperante civili;* non tantum, quoniam is, qui omnia ad salutem publicam dirigit, melius reliquis ci-

***7441.** ϱ? ο? ψ?? J 92. Zu § 109 „imperium plenum vel minus plenum“:*

Imperanti civili semper competit imperium plenum sed non principi vel magistratui.

---

5 ***7442.** ι—κ? ν—ξ? J 92. Zu § 110 „Democratia“:*

subiectus est simul civis.

---

vibus, quae ad eam rem conducant, perspicere praesumendus est; sed etiam quia *imperanti ius competit, pro arbitrio,* prouti nimirum sibi usum fuerit, *determinandi,* [91] *quae ad salutem publicam* promovendam *faciunt,* §. 104, atque ideo
10 *eius arbitrio* et *iudicio stare,* §. 80, I, hinc *in dubio oboedire tenentur subditi.* Unde etiam, *si probatione opus; non imperanti iuris sui, sed subditis contrarii probatio incumbit.*

§. 109.

Pacta, quibus civitas eiusque forma specifica constituitur, dicuntur PACTA
15 FUNDAMENTALIA (civitatis); et, cum pactum det legem inter paciscentes, §. 182. *not.* I., etiam socios, §. 10, fundamentaliumque pactorum vis obligandi fit perdurans; appellantur quoque LEGES (civitatis) FUNDAMENTALES, §. 25. Nulla itaque datur civitas ordinata sine legibus fundamentalibus, §. 29; iisque accensenda sunt pactum unionis generale, §. 91, et specialiora, quibus determinatur
20 tum persona, in qua constanter residere debet maiestas; tum modus seu exercendi seu adquirendi imperium civile; quibusque determinatur, quod imperanti [92] publico imperium plenum vel minus plenum, restrictum vel illimitatum competere debeat, pactum item subiectionis, §. 98.

Quoniam igitur leges fundamentales vi pacti universos erga se invicem,
25 §. 94, populumque et imperantem civilem mutuo obligant; *leges fundamentales* immo *omnes, quae vi pacti inter imperantem publicum et populum valent, sine consensu communi eorum, a quibus conditae sunt,* hinc ab una parte altera invita, *tolli vel immutari nequeunt,* §. 182, I. 252, I.

§. 110.

30 Cum ex determinato modo, quo civitatis finis persequendus, proficiscatur civitatis cuiuslibet forma specifica, §. 92: ex diversa determinatione personae, cui constanter competere debet imperium publicum, formae civitatum existunt diversae.

Si populus retinet imperium publicum, oritur DEMOCRATIA (respublica
35 democratica, respublica popularis, status popularis); si illud transfert in unum hominem seu personam singu[93]larem, MONARCHIA (civitas monarchica, principatus); si in plures simul, ARISTOCRATIA (respublica aristocratica). Aristo-

cratia et Democratia communi nomine RESPUBLICAE *stricte* (conf. §. 86.) vocantur, sumpto vocabulo pro civitate, cuius imperium personae morali inhaeret. Atque *ita differunt civitates spectatae quoad speciale subiectum maiestatis* seu specialem personam, in qua residet imperium publicum, *vi originis*, §. 97. 98.

Quoniam vero in Rebuspublicis stricte dictis imperium civile potissimum civibus patribus familias tamquam capitibus familiarum, §. 82, competere reperimus, pluribus vel paucioribus: ad Democratiam referuntur Respublicae, quarum imperium residet in parte civium patrum familias maiori (respectu scilicet reliquorum civium patrum familias tamquam parte minori). Atque ita civitas, cuius maiestas vi legis fundamentalis residet in uno seu persona singulari, est *Monarchia;* si in paucioribus patribus familias, *Aristocratia;* si in omnibus civibus vel saltem plurimis patribus familias, *Democratia.*

[94] Is, penes quem est imperium Monarchiae, est MONARCHA (princeps). Plures illi, quibus iunctim competit imperium Aristocratiae, dicuntur OPTIMATES; eorumque societas, ad administrandam communiter rempublicam, COLLEGIUM OPTIMATIUM (senatus supremus). DEMOCRATIAE imperans *populi* nomen retinet, licet ita plerumque pars pro toto sumatur. Contra vero in monarchia et aristocratia *populus* denotat multitudinem civium, quatenus distincta est a monarcha vel optimatibus, hinc universos subditos qua tales complectitur, conf. §. 86.

1. Ulrici HUBERI diss. *de iure Popularis, Optimatium* et *Regalis Imperii sine vi* et a *sui iuris populo constituti*, in operibus eius minor. tom. I. num. 2. Opposita haec commentatio orationi Iac. PERIZONII de *origine* et *natura Imperii* imprimis *Regii* a libero populo simpliciter delati (habita Franekerae 1689), quae ibid. adiecta reperitur pag. 37.

[95] §. 111.

His stabilitis nunc specialius considerabimus *iura* atque *obligationes* imperantis publici et subditorum civilium mutuas, 1) quae ex natura civitatis et imperii publici simpliciter et generatim spectati derivantur, quarum complexio efficit IUS PUBLICUM UNIV. ABSOLUTUM; 2) quae ex speciali civitatis constitutione hinc e diversis rerumpublicarum formis specificis atque mutationibus deducuntur, quarum summa constituit IUS PUBLICUM UNIV. HYPOTHETICUM, 3) quae posito facto civis iniusto seu laesione concipi possunt, quae continentur in MODIS IUS SUUM IN CIVITATE PERSEQUENDI.

## [96] SECTIO II.
## IUS PUBLICUM UNIVERSALE ABSOLUTUM.

1. Caspar. ZIEGLERI *de iuribus maiestatis* tractatus, in quo pleraque omnia quae de potestate et iuribus principis disputari solent, strictim exponuntur, Wittenberg 1681. 4.

2. Christoph. George IARGOWII Einleitung zu der *Lehre von* den *Regalien* oder *Maiestaetischen Rechten eines Regenten*, IIte verbesserte Ausg., Rostock und Wismar 1757. 4.

***7443.*** *ι—λ. J 98. Zu § 113 „Potestas exsecutoria“:*
Exsecutio legis ut vel [immediata] vel [per decretam] iudicatoria.
Errichtung der Magistraete und der Macht.

---

***7444.*** *ι—λ. J 98. Zu „Potestas inspectoria“:*
5 Aufsicht nicht allotriaepiscopia.

---

*5* allotriaepiscopia? allotrioepiscopia?

---

§. 112.

Supponenda in hac sectione civitas ordinata, cuius imperanti competit imperium publicum summum, §. 95, plenum, §. 99, atque illimitatum, §. 100; sive
10 ille sit ipse populus sive persona a populo diversa singularis vel moralis, §. 110: ut ita rite deducantur iura atque obligationes imperantis et subditorum civilium mutuae, quae e natura civitatis et imperii publici per se spectati, §. 100, colligi possunt, et speciatim, quaecumque ad regimen reipublicae intrinsecum pertinent, iura maiestatica immanentia, §. 104.

15 [97] Titulus I.

DE

POTESTATE LEGISLATORIA, EXSECUTORIA ET INSPECTORIA.

§. 113.

20 Quoniam imperans civilis obligatur ad salutem publicam mediante regimine promovendam, quantum eius fieri potest, §. 101; *ius ipsi competit in ea omnia, sine quibus finis reipublicae obtineri nequit*, et hinc *ius*, *constituendi eo fine omnia pro arbitrio*, quae scilicet ipsi videntur ad bonum publicum consequendum pertinere, §. 104.

25 Ut vero salus publica ab imperante publico actu promoveatur, necesse est, ut 1) determinet quaecumque boni publici causa a subditis fieri debent, seu ut ipsis facienda praescribat, ideoque *leges ferat*, §. 34; 2) curet, quo praescripta a subditis actu fiant, atque leges latae ab [98] ipsis observentur, et generalius, ut subditi obligationi suae satisfaciant; 3) cognoscat, quaecumque in civitate
30 salutem publicam concernere possunt.

Cum itaque imperans civitatis ad haec obligetur, §. 101; ad eadem ipsi ius competit, §. 104. Ergo *ad iura maiestatica pertinet* 1) *ius leges subditis suis ferendi*, POTESTAS LEGISLATORIA (ius summum legum ferendarum); 2) *ius efficiendi, ut subditi, obligationi suae satisfaciant*, POTESTAS EXSECUTORIA (ius
35 summae exsecutionis); 3) *ius efficiendi, ut cognoscat, quaecumque in civitate salutem publicam concernere possunt*, POTESTAS INSPECTORIA (ius summae inspectionis).

***7445.** x? J 97. Über § 113:*

Die positive Gesetze sind es allein, welche den Unterthan äußerlich obligiren, in Ansehung der natürlichen gilt keine äußerliche Gerechtigkeit.

---

***7446.** x? J 100. Zu § 115 „Dispensatio“:*

utrum impunitas in delicto publico vel privato. 5

---

§. 114.

*Imperans civilis* vi potestatis legislatoriae *determinare potest et ea, quae a subditis semper eodem modo sunt facienda, hinc ferre leges stricte dictas*, §. 25, *civiles, et quidquid casu quovis emergente faciendum*, §. 27.

[99] Ergo 1) *omnis lex imperantis publici, intra fines imperii*, §. 39, *civilis*, 10 §. 107, *lata, est civiliter* valida, parit quippe obligationem in iis subditis, quibus lata; 2) quatenus citra declaratam imperantis voluntatem a subditis cognosci nequit, est *positiva*, §. 65. Pr., eademque pro diversitate declarationis *expressa* vel *tacita*, §. 88. I. Cum vero positivae leges non obligent, quatenus sine culpa a subditis ignorantur, §. 8. 16. I, eatenus 3) ut obligent, requirunt *promulgationem* 15 (publicationem), actum quo ad cognitionem legis perducuntur ii, quos ipsa obligare debet, §. 66. Pr., atque ita *leges eiusmodi positivae obligant* demum *a termino promulgationis* et *scientiae*.

Et quoniam leges talismodi positivae vim suam habent a voluntate imperantis publici, tamquam earum auctore: *imperans civilis est legislator*, §. 63. Pr., 20 in civitate *summus*, atque *fons omnium legum civilium, quarum vis* non iam *ex* ipso *Iure Naturali* vel *ex pacto* universo[100]rum, aut populi cum Imperante Civili, derivatur.

1. Car. Ott. Rechenberg diss. de norma legum iustarum ab iniustis discernendarum, Lips. 1711. 4. 25

§. 115.

Cum vero imperanti civitatis ius competat, ad salutem publicam omnia *pro arbitrio* dirigendi, §. 104: eatenus potest non tantum subditis leges ferre; sed latas etiam tollere et mutare; hinc sublatis alias substituere; extendere legem ad casus, hactenus sub eadem non comprehensos; restringere legem quoad casus, 30 hactenus sub ea comprehensos; singulos quosdam ab obligatione legis latae liberare (eximere); et hinc etiam permittere quibusdam actus, legi latae contrarios. Sublatio legis omnimoda est eius abrogatio; exemtio singuli cuiusdam ab obligatione certae legis in casu singulari, est dispensatio; si vero

**7447.** *x? J 100. Zu „immunitatis concessio“:*
non in casibus onerum ferendorum.

---

**7448.** *x? ξ? J 101. Zu „Privilegium“:*
potest esse exclusivum.
5 *Ferner:*
pertinent ad administra horatiana et possunt esse iniustae.

---

**7449.** *x? J 101. Zu „ad iura maiestatica“:*
ad iura non summi imperantis sed principis.

---

*6* administra horatiana?

---

10 ad singularem casum non restringitur, est IMMUNITATIS CON[101]CESSIO. Ergo ad iura maiestatica pertinet *ius*, *leges* subditis latas *abrogandi*, *ius* eas *mutandi*, *ius dispensandi* et *immunitates concedendi*.

Pari modo imperans civilis ad salutem publicam et certis subditis ius tribuere potest, quo ceteri carent, quale ius speciale, certis subditis ab imperante 15 concessum, PRIVILEGIUM vocatur. Si cui competit privilegium; ceteri obligantur pati, ut hoc suo iure utatur, tenenturque nihil facere, quod eidem adversatur; ergo concessione privilegii ceteris lex fertur, ideoque *ius privilegia concedendi ad iura maiestatica* pertinet.

Haec iura maiestatica, quoniam cum *potestate legislatoria* propius connec-20 tuntur, ad eandem solent referri.

§. 116.

Cum imperans civilis legem subditis ferendo voluntatem suam declaret, eandemque ad salutem publicam pro arbitrio determinare possit, §. 104: si dubium oritur de voluntate eius [102] per verba legis indicata; determinare ean-25 dem potest. Mentem (cogitationem vel voluntatem) declaratam alicuius determinare, est INTERPRETARI. Interpretatio, qua mens dicentis ita determinatur, ut plura contineat, quam eius verba comprehendunt; est EXTENSIVA: qua ita determinatur, ut pauciora contineat, quam verba eius comprehendunt; est RESTRICTIVA INTERPRETATIO. Cum interpretando legem vel restrictive vel ex-30 tensive revera nova lex feratur: ad potestatem legislatoriam ideoque *ad iura maiestatica* pertinet *ius*, *leges* subditis latas *extensive* vel *restrictive interpretandi*. Quamobrem in dubio interpretatio legis eiusmodi a summo imperante tamquam legislatore est requirenda, quae INTERPRETATIO legis, a legislatore facta, AUTHENTICA vocitatur.

**7450.** *ϰ? J 103. Zu § 117 „ius competit, vi compellendi subditos“:*
est propositio identica.

---

**7451.** *ϰ? J 103. Zu § 118, nach „Imperantis“:*
maiestas magistratuum. 5

---

**7452.** *ϰ? J 103. Zu § 118 „Legis auctoritas“:*
Die auctorität wird dadurch infringirt, daß man dagegen disputirt, daher muß er keine Gründe anführen.

---

**7453.** *ϰ? μ—ν? J 104.*
Der souverain hat ein Recht, negative zu obligiren, das ist, daß nie- 10
mand die Schranken des Rechts eines andern Übertrete; frägt sich, ob er auch ad praestandum obligire, oder ob dieses dem Fürsten zukomme.

---

§. 117.

Cum vi *potestatis exsecutoriae* imperanti civitatis ius sit efficiendi, ut subditi obligationi [103] suae satisfaciant; ipsi *ius competit, eo fine,* si opus fuerit, 15
*vi compellendi subditos.* Et quoniam subditi tenentur non tantum legibus, quas imperans vi imperii tulit, sed etiam legibus fundamentalibus omnibusque iis, quae consensu universorum vel pactione populi cum imperante publico in civitate stabilitae sunt, §. 109; *potestas exsecutoria in leges quoque fundamentales et reliquas pacto constitutas extenditur,* immo etiam *in leges naturales* tam *externas* 20
quam *internas, quatenus sine harum observantia salus publica obtineri nequit,* §. 113.

§. 118.

Affectio imperantis, quatenus ei praestatur debita oboedientia, est IMPERANTIS AUCTORITAS: affectio legis, quatenus ei praestatur debita observantia, est LEGIS AUCTORITAS. Quamobrem vi potestatis exsecutoriae im- 25
peranti *ius* competit, *conciliandi apud subditos* et *sibi* qua imperanti, et *legibus* suis civitatisque suae *auctoritatem.* Efficitur haec auctoritas 1) apud [104] subditos *probos,* dum cognoscunt *imperantem habere animum ab iniustitia alienum salutisque publicae studiosum;* et LEGES, speciatim eas, quas ipse tulit, esse *iustas* et *ad salutem publicam utiles,* SALUTARES (beneficas): in qua legum adfectione 30
consistit earundem vis obligandi seu *virtus,* §. 42. Pr., *interna.* 2) Apud *pravos* auctoritas haec conciliatur, dum cognoscunt, *imperantem habere* et *potentiam* et *voluntatem constantem,* inoboedientes ad faciendum, quod debent, vi adigendi at-

*7454.* x? ξ? *J 104. Zu § 118 Schluss:*
sunt pragmaticae non morales leges, enim ipsae sunt civiles non morales quemadmodum prosaicae.

---

*7455.* x? ξ? *J 105. Zu § 119 „nemo — inquirenti possit“:*
5 num semper inquirere deceat.
*Ferner:*
Si ante imputationem praeviam fiat, necesse est, ut fiat subdito reparatio famae et satisfactio de infractione libertatis.

---

*7456.* x? *J 106. Zu § 120 „negotium maiestaticum“:*
10 sunt, quae fiunt [vel] respectu totius civitatis, sunt vel civilia [respectu subditorum] a principe profecta vel majestatica.

---

que puniendi; cognoscuntque ideo, leges tanta vi tantisque poenis armatas esse, ut ab earum transgressione sufficienter deterreantur. In hac legum adfectione consistit *virtus* earum *externa.* Quamobrem *imperanti* etiam *ius est, legibus* 15 *suis tales tantasque addendi poenas, quae ad cohibendam earum transgressionem sufficiunt.*

§. 119.

Quoniam porro imperanti publico *potestas inspectoria* competit, ut intelligere possit, quae[105]cumque salutem publicam concernunt, hinc etiam, ut rite, hoc 20 est conformiter bono publico, exercere possit potestatem et legislatoriam et executoriam, §. 113; sequitur, ut vi iuris summae inspectionis *nemo subditorum se suaque occultare maiestati inquirenti possit.* Hinc etiam *ad iura maiestatica* pertinet *ius,* inspecta *subditorum facta et negotia,* 1) quatenus reipublicae salutaria vel saltem innoxia deprehenduntur, *approbandi,* hoc est civiliter valida declarandi, 25 IUS CONFIRMANDI: 2) quatenus contra detrimentosa reperiuntur, *reprobandi,* et civiliter invalida declarandi; IUS ANNULLANDI *facta* et *negotia subditorum.*

[106] TITULUS II.

DE

IURE CIRCA MUNERA ET DIGNITATES CIVILES ET CIRCA
30 REDITUS PUBLICOS.

§. 120.

Cum boni publici obtinendi medium generale positum sit in usu virium reipublicae, eoque primario pertineant actiones et operae singulorum subditorum; ex obligatione imperantis civilis ad salutem publicam promovendam demanat 35 eiusdem *ius, ad maiestatica iura* pertinens, *operas a subditis* ad salutem publicam promovendam *exigendi.*

Negotiorum publicorum, §. 104, species est NEGOTIUM MAIESTATICUM,

*Ferner:*

Negotia, qvatenus sunt species regiminis, sunt publica.

Persona publica est, qvae qvando violatur, publicum violatur. Non repraesentat rempublicam.

---

***7457.*** *ϱ? υ—φ? J 107. Zu § 121, 2 „nomine imperantis civilis“:* 5
nomine regentis agit magistratus. Nihil fit nomine imperantis nisi promulgatio, nam omnis executio pertinet ad Regimen.

---

***7458.*** *ϱ? υ—φ? J 107 ferner:*
imperans non obligatur.

---

*2* species regiminis? 10

---

quod imperanti summo vi maiestatis peragendum competit. Cura in negotio publico administrando, quatenus certo subdito incumbit, est OFFICIUM (munus) CIVILE, et ipse subditus, cui incumbit, OFFICIALIS CIVILIS: officium [107] civile, coniunctum cum administratione negotii maiestatici, appellatur OFFICIUM PUBLICUM; qui publico officio fungitur, OFFICIALIS PUBLICUS (minister, 15 administer reipublicae) dicitur. Cum imperanti civili ius competat determinandi, quae negotia civilia et a quonam subditorum quoque modo singula peragi debeant, §. 104; *ad iura maiestatica* pertinet *ius conferendi officia civilia*, IUS MUNERUM (civilium): et cum nequeat negotia maiestatica omnia ipse peragere; ipsi competit in specie etiam *ius officiorum publicorum*, et hinc *ius officiales pu-* 20 *blicos* et *administros reipublicae constituendi.*

§. 121.

Quamobrem 1) *officiales* civiles et publici, *ad salutem publicam* quantum possunt promovendam, *officio suo fungi tenentur;* 2) quidquid *vi officii* sibi commissi *faciunt*, *nomine imperantis civilis* et *dependenter ab eius voluntate* faciunt, 3) 25 ipsique ius competit, praescriben[108]di illis modum in demandato officio observandum, vique compellendi, ut observent, inquirendi etiam, an officio debita diligentia, utrum negligenter vel fraudulenter fungantur, §. 113.

Et quoniam civis, cui negotium publicum administrandum incumbit, qua talis, dicitur PERSONA PUBLICA, quae opponitur personae PRIVATAE seu 30 non publicae; *officiales civiles* et *publici*, (immo ipse *imperans civilis*, licet neutiquam sit officialis reipublicae), *sunt personae publicae;* accensentur tamen eaedem personis privatis, quatenus ut publicae non spectantur.

1. Io. Paul. KRESS diss. *de iure officiorum et officialium*, edit. noviss. Helmst. 1753. 35

***7459.*** *μ—ρ? J 109. Zu § 122 „imperium parit dignitatem“:*
inviolabiliter
*Zu „summa in republica dignitas“:* maiestas
*Zu „dignitatem civiliter validam“:* perpetua observantia

---

5 ***7460.*** *μ—ρ? J 110. Zu „insignia gentilicia“:*
Wapen
*Zu „insignia ordinis equestris“:* Ordenszeichen

---

2. August. LEYSERI *minister principis delinquens*, olim tribus disputationibus, nunc iterata editione in lucem productus, Witemb. et Lips. 1735. 4.
10 Exstat etiam in eiusdem *meditt. ad Dig.* prima disp. *de falsis ministrorum principis delictis*, spec. 570; secunda *de veris delictis* sp. 571; tertia *de foro delicti ministr.* sp. 80.

[109] §. 122.

PRAECELLIT id, quod aliis perfectius iudicatur, praecellentia personae
15 respectu aliarum personarum est DIGNITAS. Cum iura et speciatim imperium in perfectionum numero sint habenda; *imperium parit dignitatem imperantis respectu subditorum suorum*, et quem quisque tamquam imperantem suum, eius simul etiam prae se dignitatem agnoscere tenetur. Hinc *Imperanti civili inhaeret summa in republica dignitas*, §. 95.
20 *Quodsi* igitur *imperans subditum officio publico instruit; ipsi simul confert* dignitatem, quam alii subditi agnoscere obligantur, *dignitatem civiliter validam*, DIGNITATEM CIVILEM.

Itaque *ad iura maiestatica* pertinet *ius*, *dignitates* (civiles) *conferendi*, ideoque ius, determinandi etiam actus externos, quibus alii subditi hanc dignitatem
25 agnoscere tenentur, quo referendi sunt *tituli* et *praecedentia*, §. 72, I; ut et determinandi alia symbola, quibus utendi ius sit iis, qui dignitate civili exornantur, ex. gr. *in*[110]*signia gentilicia, insignia ordinis equestris.* Ne vero diversorum officialium dignitates collidantur; *ius* imperanti civili competit, *gradum dignitatis* cuiuslibet *definiendi.* Hinc summus imperans vocatur *fons omnium dignitatum civilium.*

30 §. 123.

Bona, quae quomodocumque ad civitatem pertinent, sunt BONA CIVITATIS: quae si simul sunt in patrimonio certorum civium, dicuntur PRIVATA; sin minus, PUBLICA. Sub bonis privatis comprehenduntur non tantum ea, quae sunt in patrimonio *singulorum*, sed etiam *bona societatum civilium*, §. 106, et prae-
35 cipue *universitatum*, hoc est earum societatum civilium, quae corpora aeterna, §. 90, constituunt.

***7461.** μ—ρ? J 111. Zu § 123 „ius per bona civitatis salutem publicam promovendi“:*

bona

---

*Bona privata Monarchiae* vel sunt *subditorum civilium* vel *Principis qua privati*, §. 121. 5

Quoniam bona civitatis etiam ad civitatis vires pertinent, eorumque ideo usu tamquam [111] altero medio generali promovenda salus publica, §. 120, speciatimque ex bonis potissimum desumendi sumptus, sine quibus respublica administrari nequit; *ad iura maiestatica* pertinet *ius* quoddam *circa bona civitatis* quaecumque, tum publica tum privata seu singulorum seu societatum et uni- 10 versitatum civilium; nimirum *ius per bona civitatis salutem publicam promovendi*, speciatimque *ex iis colligendi* sumptus reipublicae administrandae causa faciendos, seu *sumptus publicos*.

1. Augustini a Leyser *de assentationibus iureconsultorum* cum *expositione de domaniis*, tert. edit. cura Henr. Gottl. Francke, Helmstad. 1741. 4. 15

§. 124.

Reditus alicuius sunt ea, quae quis ex rebus, iuribus vel operis suis adquirit, speciatim fructus, et pecunia. Hinc 1) *reditus civitatis* sunt vel *privati* vel *publici*, 2) reditus publici, qui ex bonis civitatis percipiuntur, vel ex publicis vel privatis bonis percipi possunt. 20

Bona monarchiae publica, quorum reditus ad sustentandam principis domum seu aulam [112] destinati, vocantur bona domanialia (domanium); si ad alios usus publicos, bona publica *strictius* dicuntur (patrimonium reipublicae strictius dictum).

Complexus redituum, aulae usibus destinatorum, fiscus; aliis usibus pu- 25 blicis, aerarium appellari solet. Reditus itaque ex bonis domanialibus in fisco sunt, ex reliquis bonis publicis ad aerarium pertinent.

Cum reditus publici ad sumptus publicos faciendos sint necessarii; *ad iura maiestatica* pertinet *ius efficiendi, ut tanti colligantur reditus publici, quanti ad rempublicam administrandam requiruntur sumptus; ius* ergo *redituum publicorum* et *ius* 30 *aerarii*, speciatimque *ad iura principis* pertinet *ius circa domanium* et *ius fisci*.

§. 125.

Onera reipublicae generatim consistunt in iis, quae subditi salutis publicae causa praestare (dare vel facere, §. 170, I.) tenentur, speciatim sumptus publici, quatenus a subditis sup[113]peditandi. Tributa sunt quidquid sub- 35 diti e patrimonio suo ad sumptus publicos conferunt, et potissimum *pecunia*, quae eo fine a subditis exigitur, hoc nomine insignitur. Quoniam subditi ad onera reipublicae ferenda et sumptus publicos suppeditandos tenentur, §. 125. 123; *ad iura maiestatica* pertinet *ius onera imponendi*, et *tributa exigendi* a subditis pro modo facultatum cuiusque, quanta ad sumptus publicos sufficiunt, uno verbo *ius tributorum*. 40

**7462.** *ϱ? υ—φ? J 114. Zu § 126, 1 „ius suum violenter ipse persequatur“:*

Ob nicht im Fall der Ehre?

---

**7463.** *ϱ? λ? J 115. Zu § 128 „ius constituendi iudices“:*

5 non abrogandi nisi coram iudicio comitiali.

---

Titulus III.

DE

## POTESTATE IUDICIARIA ET IURE ARMORUM.

§. 126.

10 Quoniam ad finem reipublicae primario referenda est *securitas*, atque ideo et *tranquillitas publica*, hoc est singulorum et omnium civium, [114] §. 89, curae imperantis civilis commissa; *ad iura maiestatica* pertinet *ius securitatis* et *tranquillitatis publicae.* Quare, quod securitatem intrinsecam, §. 102, attinet, *imperanti civili ius competit*, 1) *non patiendi*, ut subditus subditum *laedat*, vel *vim inferat* 15 *metumve incutiat* alteri, *nec patiendi*, *ut*, *qui se laesum putat*, *ius suum violenter ipse persequatur;* itemque 2) *ius efficiendi*, *ut subdito cuique ius suum tribuatur*, hinc ut consequatur, quod ipsi ab altero debetur, ut damna data resarciantur, et iniuriae vindicentur contra reos, §. 271, I.

§. 127.

20 Quamobrem *ad iura maiestatica* etiam pertinet *ius lites subditorum singulorum decidendi*, §. 296, I, quod generatim vocatur iurisdictio, et quatenus maiestati competit, suprema seu potestas iudiciaria appellatur. Cumque is, cui iurisdictio competit, dicatur iudex: *imperans civilis est summus singulorum subditorum iudex.*

25 [115] Quoniam sine causae cognitione decisio fieri nequit, §. 296, I, decisione autem opus est, ut suum cuique tribuatur: in potestate iudiciaria continetur *ius*, *causas controversas* singulorum subditorum *cognoscendi*; *sententias*, quibus deciduntur; *ferendi; easque exsequendi*, ideoque partem victam, si sponte nolit, vi adigendi, ut praestet, quod sententiae latae conformiter praestare debet.

30 §. 128.

Is, cui nomine imperantis civilis iurisdictio competit, dicitur iudex subordinatus, et subinde *simpliciter* iudex; cuius iurisdictio subordinata est officium publicum, §. 120. Hinc *ad iura maiestatica* pertinet *ius, constituendi iudices:* quorum potestas iuris dicundi tanta est, quanta ipsis ab imperante civitatis de- 35 mandata fuit; omnis tamen, quantacumque fuerit, subordinata maiestati. *Imperans* itaque *civilis omnis in civitate iurisdictionis fons est.*

***7464.*** *v—ψ? J 117. Zu Titulus IV. „De iure circa felicitatem publicam“:*

[officium imprimes. Regiminis]

---

***7465.*** *v—φ? λ? J 117. Zu § 130 „ius perficiendi civitatem“:*
qvoad media, qvibus suam qvisque felicitatem curare possit. 5

---

*3* offic: imp:

---

[116] §. 129.

Quoniam porro securitas et tranquillitas publico obtineri nequit, nisi tanta exstet in civitate potentia, quanta ad superandam vim, reipublicae undelibet metuendam, sufficit: *ad iura imperantis civilis, hoc est maiestatica* pertinet *ius,* 10 *potentiam sibi conciliandi ad hunc finem sufficientem,* hinc *ius media coactiva ad securitatem publicam tuendam sufficientia parandi* atque *continuo parata habendi,* iisque utendi, quotiescumque opus fuerit, hinc etiam ad superandam resistentiam, quae forte opponitur vi iustae imperantis civilis. Atque hoc ius, quod alicui competit, parata habendi media coactiva securitati suae sufficientia, vocari solet gene- 15 ratim IUS ARMORUM, et refertur ad IUS BELLI, quippe ex vi, vi alterius opposita, bellum oritur, §. 264. I. *Ius armorum* itaque per se *subditis civilibus non competit,* §. 126, *sed* universis seu *populo,* qua libero, *in sui securitatem;* et *translatum imperanti competit in reipublicae suique securitatem.*

[117] TITULUS IV. 20

DE

## IURE CIRCA FELICITATEM PUBLICAM.

§. 130.

Quoniam imperanti civitatis cura *sufficientiae publicae,* quae per excellentiam *felicitas publica* vocatur, incumbit, quo civitas omnibus bonis externis, quantum 25 fieri possit, abundet, ideoque indies perfectior evadat, §. 85. 86; *ad iura maiestatica* pertinet *ius, perficiendi civitatem.* Cum igitur eo perfectior fit res publica, quo maior civium numerus; quo quisque civitati utilior est sapientia, virtute, industria, opulentia; quo maior legum atque imperantis civilis auctoritas: quo maior omnium civium quoad voluntates viresque unio; immo quo maior omnium, 30 quae in civitate deprehenduntur, personarum, actionum et rerum ad salutem publicam promovendam est harmonia: [118] complura ex his fontibus demanant iura particularia, quae ad maiestatem sunt referenda.

***7466.*** *v—φ? J 118. Zu § 130, Anm.:*
populo non nisi negotia privata et cum privata solo imperanti publica licita sunt.

---

* Pertinet huc ex. gr. *ius maiestaticum*, *exteros* in *civitatem recipiendi*, *emigrationes praecavendi; ius summae tutelae: ius pretium statuendi rebus et operis*, in vita civili necessariis; *ius circa scholas*, *academias*, *doctrinas; ius circa culturam terrae*, *opificia*, *commercia*, *monetas*, *vias publicas; ius societates civiles constituendi*, easdemque ad salutem publicam ordinandi, ius *villas*, *oppida*, *urbes condendi;* ius usum patrimonii singulorum ad salutem publicam limitandi cet.

§. 131.

Generatim imperanti civili incumbit cura, ideoque competit ius omnia negotia publica domestica, §. 104, etiam minora ita ordinandi, ut per ea salus publica, quantum fieri possit, promoveatur, §. 102. Horum minorum negotiorum determinatus modus, quatenus ad salutem publicam est ordinatus, vocatur POLITIA; quamobrem *ad iura maiestatica* etiam pertinet *ius politiae.*

[119] TITULUS V.

DE

## IURE CIRCA RELIGIONEM ET ECCLESIAM.

1. Hugon. GROTII *de imperio summarum potestatum circa sacra*, Paris. 1647. De hoc libro conf. MEISTERI Biblioth. Iur. Nat. part. III. p. 153.

2. Samuel. PUFENDORFII tract. *de habitu religionis Christianae ad vitam civilem.* Bremae 1687. 4; et cum *commentario* Io. Paul. KRESSII, Ienae 1702. 8.

3. Iusti Car. WIESENHAVERN *Grundsaetze des allgemeinen und besondern Kirchen-Staatsrechts der Protestirenden in Teutschland*, Francof. et Lips. 1749. 8.

§. 132.

Determinatus Deum colendi modus est RELIGIO, et societas ad Deum eodem modo colendum inita, consequenter societas hominum eidem religioni addictorum qua talium est ECCLESIA (societas ecclesiastica). Qui Deum [120] colit, studet Deo placere ad obtinendam summam felicitatem. Ergo necesse est habeat cognitionem quandam de Deo mediisque ipsi placendi. Hinc posita certa religione ponuntur quaedam propositiones de Deo eiusque voluntate, quae is, qui hanc religionem profitetur, pro veris habet, DOGMATA RELIGIONIS. Itaque ad sinum ecclesiae pertinet, tum cognitioni Dei et voluntatis Eius operam dare, tum huic cognitioni conformiter actiones liberas in beneplacitum Dei di-

**7467.** $\psi^{3-4}$? *J 120. Zu § 132 „Dogmata religionis“:* fides
*Zu „actus religiosi“:* cultus

---

rigere. Actus ad religionem propius pertinentes sunt ACTUS RELIGIOSI, actus non religiosi dicuntur SAECULARES. *Actus religiosus* est vel *internus* vel *externus*, §. 1, Prol., estque porro vel ESSENTIALIS, cuius oppositum contradicit voluntati divinae qua dogmati religionis; vel ARBITRARIUS, cuius oppositum ipsi minus contradicit. Hinc et *negotia ecclesiae* seu *ecclesiastica* vel sunt *religiosa* (ecclesiastica strictius) vel *saecularia;* religiosa vel *essentialia* vel *arbitraria* (adiaphora, respectu nimirum certae religionis).

[121] §. 133.

Ecclesiae nostrae omnes RELIGIONEM profitentur POSITIVAM, cuius dogmata sine fide cognosci nequeunt, quamque speciatim iudicant REVELATAM, a Deo hominibus specialiter patefactam, §. 64, Prol. Hinc certas propositiones de Deo eiusque voluntate rationi incognitas pro veris habent, quae per excellentiam vocantur *dogmata fidei*, quo praeprimis pertinet dogma de *vita futura aeterna, piorumque* post mortem *felicitate* et *impiorum infelicitate maiori.*

§. 134.

Quatenus ab arbitrio hominis non dependet, id iudicare falsum, quod hactenus iudicavit verum, et v. v.: eatenus et iudicium de Deo eiusque voluntate, consequenter *assensus* et speciatim *fides*, quam homo dogmatibus religionis revelatae habet, *non pertinet ad actiones liberas*, §. 7, Pr.; ideoque *obligationis*, ergo et coactionis, pacti, imperii, legis, poenae *est expers.*

[122] Cumque actus mentis alterius internos qua tales cognoscere nemini mortalium datum sit, atque ita nemo de internis alterius iudicare possit; omnes *actus interni*, ideoque *et actus religiosi*, qua *interni*, *legem humanam respuunt.*

Quoniam denique obligatio in Deum infinite maior est obligatione in homines, atque ideo in collisione haec neglegenda, ut illi satisfiat, §. 31, I; consequitur, ut *nemo obligari ab altero possit ad faciendum*, *quod contradicit voluntati divinae*, *dogmati religionis* et *fidei suae.* Eatenus et *in actus religiosos externos*, qui sunt *essentiales*, *lex humana* atque *imperium humanum non cadit.*

1. Ger. NOODTII oratio *de religione ab imperio Iure Gentium libera*, Lugd. Batav. 1706. 4. Gallica versio BARBEYRACII reperitur in eiusd. *Recueil de Discours sur diverses matieres importantes*, Amstelod. 1731. 8.

[123] §. 135.

Actus religiosus, legis humanae, consequenter et imperii humani impatiens, dicitur RES CONSCIENTIAE: ergo 1) *assensus* et *fides*, quae dogmatibus religionis habetur, 2) *actus religiosi interni*, atque 3) omnes *essentiales*, hinc *negotia*

*ecclesiastica essentialia sunt res conscientiae*, §. 134. Cum igitur nemini ius sit, alterum cogendi in iis, ad quae obligari nequit: *vim conscientiae inferre*, et *imperium in conscientiam alterius sibi arrogare nefas est.* Atque ita intelligitur, in quo consistat *libertas conscientiae a nemine violanda et imperii nescia.*

5 1. Iust. Henning. Boehmeri *de iure circa libertatem conscientiae* praefatio praemissa tom. II. *Iuris Ecclesiast. Protest.*

§. 136.

Sume ecclesiam tamquam societatem civilem. Quoniam imperanti in omnes societates civiles singulosque eiusdem socios competit imperium civile, §. 106;
10 *omnis ecclesia* qua societas civilis, [124] *singulaque eius membra subsunt imperio civili*, ideoque *potestati legislatoriae*, *iudiciariae*, *iuri tributorum*, cet. Quamobrem etiam *ad iura maiestatica* pertinet tum *ius cavendi*, *ne ecclesia noceat* reipublicae; tum *ius efficiendi*, *ut per ecclesiam reipublicae salus promoveatur*, §. 102, 101, consequenter *ius determinandi* pro arbitrio *ad salutem publicam* omnia *negotia ecclesiae*,
15 quatenus 1) *salutem publicam concernunt*, *insimulque* 2) *imperium admittunt.*

§. 137.

Ergo 1) *negotia ecclesiae* tum *saecularia* tum *religiosa* ea, *quae salutem publicam concernunt*, et simul sunt *arbitraria*, §. 132; subsunt imperio civili, §. 136.

2) Et cum libertas conscientiae a nemine violanda, §. 136; *res conscientiae*
20 societatis ecclesiasticae *non subsunt imperio civili*, ideoque imperanti non competit ius, circa easdem aliquid praecipiendi aut prohibendi ecclesiae sociis, nec consequenter eos, tamquam legum talium trans[125]gressores, puniendi. At vero *res conscientiae* nihilominus, quantum fieri potest, *subsunt iuri summae inspectionis*, ut diiudicare possit imperans, an revera sint tales, §. 114, tum vero, *quatenus*
25 dogmata fidei et negotia religionis ac ecclesiae essentialia reperiuntur *reipublicae nociva; subsunt iuri imperantis*, *eos*, *qui profitentur religionem reipublicae detrimentosam* (quae semper est erronea), *excludendi a civitate*, qua impedimenta salutis publicae, §. 102 et 136.

3) *Negotia ecclesiae civiliter indifferentia* (adiaphora) *non subsunt imperio civili*,
30 quin potius circa haec *ecclesiae*, qua membro civitatis, *competit libertas civilis*, §. 107. *Neque* etiam *imperans ecclesiam eiusve membra ab eiusmodi negotia excludere a civitate potest;* cum quatenus civiliter indifferentia sunt, nihil detrimenti adferant reipublicae. *Subsunt* tamen *haec negotia*, sicut omnia, *iuri summae inspectionis*, *ut* imperans *diiudicare possit*, *an actu talia sint*, qualia esse perhibentur.

35 [126] Ioh. Franc. Buddei diss. *de concordia religionis Christianae et status civilis*, Hal. 1702, auctior cum 4. aliis diss. prodiit 1712. 8.

2. Christ. Thomasii *Historia contentionis inter Imperium et Sacerdotium usque ad saec. XVI.* cum appendice supplementorum *de iure summarum potestatum circa sacra* cet., Hal. 1722. 8.

40 3. Io. Nelander diss. *de religione Reipublicae noxia*, Lundini Scanor. 1748.

§. 138.

Cum vero plura dentur negotia ecclesiae, quae pro circumstantiarum differentia mox adiaphoris, mox iis, quae salutem publicam omnino concernunt, annumerari possint: *si inter imperantem civitatis atque membra ecclesiae civilis oritur contentio, utrum negotium* quoddam *ecclesiae sit adiaphorum, an ad salutem publicam spectet? in dubio pro imperante civili militat praesumptio*, §. 108; ideoque eius arbitrio standum, donec contrarium ab ecclesia luculenter fuerit probatum.

[127] * Huc pertinent ex. gr. *leges circa negotia arbitraria* communi consensu membrorum ecclesiae stabilitae, *constitutio ministrorum ecclesiae, synodi* et *concilia, ritus ecclesiastici, locus* et *tempus* et reliquus *cultus divini modus, adquisitio patrimonii ecclesiastici* eiusque *usus* et *dispositio, haereticorum excommunicatio* aliaque: quae *in ecclesia minori* facilius ad adiaphora referri possunt; in *maiori* vero pro datis circumstantiis salutem publicam magnopere saepius concernunt.

§. 139.

Concipimus itaqua triplicem gradum iurium, quae imperanti civili circa religionem subditorum suorum et ecclesiam civilem competunt: 1) *gradum minorem*, ius summae in eandem inspectionis, *ius sacrae inspectionis;* 2) gradum *medium, ius cavendi*, ne ecclesia reipublicae obsit, speciatimque *ius exclusionis*, ideoque ius *decernendi emigrationem* eorum, qui profitentur religionem reipublicae noxiam, et sequuntur ecclesiam, tali religioni addictam; [128] 3) *maiorem, ius dirigendi* ecclesiam ad salutem publicam, quod continet imperium civile in ecclesiam, sensu proprio tale, *imperium sacrum.*

* Ex *iure* 1) *sacrae inspectionis* deducitur ex. gr. ius maiestaticum, *symbolum ecclesiae*, hoc est scriptum, quo dogmata fidei continentur; et *liturgiam*, quo ritus sacri seu actus religiosi sollemnes continentur; item ministros ab ecclesia electos, cet. *confirmandi.*

*Ex iure* 2) *exclusionis* demanat ius maiestaticum, tales subditos ad emigrationem obligandi etiam poenis propositis.

*Ex imperio* 3) *sacro* enascitur quoque ius maiestaticum, *constituendi iudices ecclesiasticos*, qui eius nomine in causis ecclesiasticis ius dicant.

1. Contrariam sententiam fovet nimiumque potestatis circa sacra principi tribuit Ludov. de Beausobre diss. *de nonnullis ad ius Hierarchicum Principum pertinentibus*, Francof. ad Oder. 1750.

[129] §. 140.

Atque haec quidem iura imperanti civili in ecclesiam competunt, sive *ipse eius ecclesiae sit membrum, sive minus.*

Ceterum 1) si imperans civilis est membrum ecclesiae, status ecclesiae eiusmodi erit florentior, ipsaque evadet *collegium publicum*, hoc est societas civilis ab imperante publico approbata, privilegiisque et immunitatibus instructa.

Talis ecclesia, si fuerit *collegium aequale;* imperanti simul competet ius voti in coetu ecclesiae qua eius membro, §. 27: si vero fuerit *inaequale;* aut imperans civitatis simul et ipse erit imperans ecclesiasticus aut alius quidam; cuius consequenter imperio ecclesiastico suberit imperans publicus. Posteriori
5 casu *pactis opus est*, quibus *limites utriusque imperii*, civilis nempe atque ecclesiastici, *praecise determinentur*, *ne ex pugna utriusque imperii respublica detrimentum capiat*, quod quidem praecavere, ad imperantis civilis et obligationem et iura pertinet, §. 102. 104.

[130] 2) Si contra imperans civilis ecclesiae cuiusdam, quae in civitate
10 deprehenditur, membrum non est, sed alienae religioni et ecclesiae addictus: etiam pactis iura imperantis et ecclesiae mutua et certa stabilienda sunt. Cum enim ita in contrarias partes distrahantur imperans et ecclesia; ex mutua diffidentia reperimus enasci tot contentiones tantasque controversias circa imperii publici libertatisque ecclesiae limites, tranquillitati publicae adeo adversas, ut
15 sine talibus pactis rempublicam et ecclesiam una consistere plane non posse satis comprobatum sit.

Positis vero talibus pactis *iura* atque *obligationes* inter imperantem civitatis atque ecclesiam exoriuntur *positivae*, quibus immorari in Iure Publico Universali non possumus.

20 [131] Titulus VI.

DE

## IURE CIRCA ADMINISTRATIONEM REIP. EXTRINSECAM.

### §. 141.

Cum imperantis civilis sit, salutem publicam etiam respectu exterorum
25 aliarumque gentium promovere, atque ideo ipsi ius competat, quaecumque administrationem reipublicae extrinsecam concernunt, determinandi pro arbitrio, §. 104; consequitur, 1) ut *imperans civilis*, quatenus in ipsum translatum ius populi, *quidquid hoc fine cum exteris agit*, et *suo*, §. 97, *et* simul *populi sui iure* atque *nomine*, ergo tamquam eius *mandatarius*, *populum* et *civitatem repraesentans*,
30 §. 221, I., *agat*, *populusque* ideo *in facta imperantis publici consentire intelligatur*, §. 222, I. et 105.

Exinde vero etiam consequitur, 2) ut *quidquid imperans civilis salutis extrinsecae gratia subditis praescribat*, *ab his faciendum*, §. 105.

### [132] §. 142.

35 Quamobrem *ad iura maiestatica* pertinet etiam *ius*, salutis publicae causa *cum gentibus exteris deliberationes instituendi*, *tractatus* §. 174, I. *agendi* et *paciscendi;* ideoque etiam *ius*, *ex tali pacto* tum *civitati suae adquirendi*, tum *eam alteri genti obligandi*. Pactum gentis cum gente sancitum est PACTUM PUBLICUM (conventio publica), pactum publicum sociale dicitur FOEDUS. Cum itaque imperans pu-

**7468.** *x? ι? J 134. Zu § 144 „ius, milites conscribendi“:*

generaliter non potestas singulos denominandi sed vel per sortem iactam vel *bricht ab*

---

blicus repraesentet civitatem et gentem suam, §. 141: pactum imperantis civilis cum gente extera ictum *est pactum publicum;* et si fuerit sociale, *foedus;* ideoque *ad iura maiestatica* pertinet ius, pacta publica atque foedera sanciendi seu *ius conventionum publicarum* et *ius foederum.*

§. 143.

Quoniam deliberationes, tractatus et pacta cum gentibus exteris pertinent ad negotia publica et maiestatica, §. 120; si imperans civilis constituit subditos, qui nomine suo, ideoque [133] simul nomine gentis negotium publicum cum extera gente tractare debeant; tales subditi evadent officiales publici et ministri reipublicae, §. 120. Subditus, a gente sua (cui paret) ad aliam gentem missus, negotii publici tractandi causa, vocatur LEGATUS. Quamobrem *ad iura maiestatica* pertinet *ius,* 1) *legatos mittendi:* quippe referendum ad ius tractatus agendi et paciscendi cum exteris, atque ad ius munerum publicorum, §. 120; 2) *legatos* sibi ab aliis gentibus missos *recipiendi,* et cum iis *tractatus agendi, pactaque publica sanciendi,* uno verbo *ius legationum.*

§. 144.

Cum populo vi libertatis naturalis competat ius belli adversus exteros laedentes, atque universi teneantur singulos securos praestare, hinc etiam eorum iura vi persequi adversus exteros et gentes alias; *imperanti civili competit ius belli* in alias gentes, quod *ad iura maiestatica* pertinet. Atque hoc bellum, quod iure ci[134]vitatis cum alia gente geritur, *bellum publicum* vocari solet.

Personae, ad vim bellicam inferendam ab imperante constitutae, sunt MILITES, militum societas est MILITIA: complexus rerum mobilium, quae belli usibus praecipue destinatae sunt, APPARATUS BELLICUS. Hinc ad ius belli, qua ius maiestaticum, pertinet *ius, milites conscribendi, militiam ordinandi,* ius *apparatum bellicum constituendi* et *terrestrem* et *navalem;* ideoque et ius *milites armis instruendi,* ut et *ius fortalicia exstruendi,* eaque *praesidiis firmandi,* cet. Militia tuendae securitati extrinsecae potissimum inservit, potest tamen imperans civilis vi potestatis exsecutoriae eadem etiam uti, si opus fuerit, ad compellendum subditos inoboedientes, ut obligationi suae satisfaciant atque ad securitatem et tranquillitatem intrinsecam tuendam, §. 117, 129.

De cetero, quoniam ius pactorum publicorum *ad maiestatica iura* referendum, §. 142; ad eadem etiam pertinet ius pacta pacis sanciendi, [135] quibus scilicet bellum finitur, §. 304, I, quod dicitur *ius pacis,* et vocari etiam solet *ius pacis publicae.*

***7469.*** *ξ—ο? ι—λ?? J 136. Zu § 145, statt „neglegendi bonum privatum“:*

non curare ad tempus, postmodum refarciendi.

*ψ. Zu „obtineri nequit bonum publicum“:*

5 bonum generale non partis potioris.

replique der Schutz. Aber nichts nehmen ohne Ersetzung, daher nicht das Leben, weil es nicht ersetzt werden kan.

---

***7470.*** *ξ—ο? ι—κ?? J 136. Zu § 145.*

Der Oberherr ist eine Macht respectu externo und Regent re-

10 spectu interno.

*6* Ersetzung? Erstatung?

---

1. Io. Franc. Buddei diss. de officio imperantium circa conscribendum militem, Halae 1700.; et in eiusd. *selectis Iur. Nat.* et *Gent.* (ibid. 1704. 8.) pag. 443.

15 2. Henr. Bodini diss. *de obsequio militum in defendendo praesidio*, Hal. 1701. recusa ibid. 1739.

Titulus VII.

De

## IURE EMINENTI.

20 §. 145.

Bonum singuli cuiusdam vel quorundam civium discerni potest a bono ad universos pertinente, sicut generatim in societate quacumque bonum singuli a bono communi, §. 7; atque tunc illud appellatur bonum privatum, hoc publicum significatu strictiori (conf. §. 89.). Est [136] itaque bonum publicum,

25 quatenus opponitur bono singulorum, illud, quod propius ad universos quam ad singulos quosdam cives pertinet; bonum contra privatum, quod propius ad singulum vel singulos quosdam cives quam ad universos pertinet. Potest illud vocari quoque *bonum partis*, illud *totius civitatis bonum.* Atque eodem sensu *publica* etiam *felicitas*, *securitas*, *tranquillitas*, *salus* in *publicam strictius* et *privatum*

30 dispescitur.

Quoniam imperans civilis ad singulorum et universorum civium bonum consequendum obligatur, *quantum potest; ad iura maiestatica* pertinet etiam *ius*, in collisione certorum bonorum civitatis obtinendorum, *maius bonum praeferendi minori*; hinc *negligendi bonum privatum*, *si aliter obtineri nequit bonum publicum.*

35 Quatenus e contrario consistere bonum privatum cum publico potest, contra

Das Volk wird entweder betrachtet als eine Macht oder als ein Volk (Bürger); die Güter, die zur Macht gehören, sind publica bona universitatis, die dem Volk angehören sind privata bona universitatis und gehören zu ihrem Eigenthum. Dieses ist vor den Regenten heilig. Öffentliche Güter des Staats oder des Volks.

---

***7471.*** *ξ? λ—ν?? J 137. Zu § 146 „ius eminens — necessitatis“:*
favor necessitatis
*Ferner:* cessante iure incipit vis.

---

***7472.*** *ξ? χ—ψ?? J 138. Zu § 146 „ratio status“:*
droit de convenance. Das recht der Zuträglichkeit.

---

***7473.*** *ξ—ο? κ? J 138. Zu § 146, 1—2:*

Die souverainetät ist das oberste principium der öffentlichen gerechtigkeit; alles daher ist äußerlich Recht, ohne welches das erste principium der öffentlichen Gerechtigkeit nicht kann erlangt werden. Daher

---

privatorum salutem aliquid statuere, hinc ius quaesitum ipsis auferre, imperanti non licet.

[137] 1. Christiani Wildvogelii tractatus *de bono publico, an et quatenus princeps bonis privatorum praeferre debeat*, Ien. 1695. 4.

2. Christ. Lud. Stieglitz diss. *de iure imperantium in ius quaesitum subditorum*, Lips. 1713.

§. 146.

Status reipublicae, in quo conservatio totius reip. vel maioris eiusdem partis cum conservatione singuli cuiusdam vel quorundam subditorum consistere nequit, est *status* reipublicae *extraordinarius*, §. 143. Pr. Quamobrem *ad iura maiestatica* pertinet *ius*, *negligendi conservationem singuli* vel *aliquorum* subditorum, *si tota respublica* vel *maior* eiusdem *pars aliter conservari nequit*, quod quidem ius vocatur ius eminens (maiestatis). Ergo *ius eminens locum non habet nisi in casu necessitatis*, ubi nempe eius usus est medium unicum conservandae reipublicae totius vel maioris eiusdem partis. Quoniam igitur in statu reip. extraordinario et casu necessitatis continetur ratio, [138] unde intelligitur ius eminens, haec ratio iustifica, §. 261, I., seu principium iuris eminentis per excell. vocatur *ratio status*. Hinc etiam *ad iura maiestatica* pertinent species iuris eminentis, 1) ius in casu necessitatis disponendi de quorundam subditorum rebus

alles privatrecht, weil es ohnedem ohne jenes nicht kann ausgeführt werden, nur unter jener Hypothesi möglich ist und ihm weichen muß.

Der Casus necessitatis ist kein Recht sondern eine physische (g subjectiv practische) **Unmöglichkeit** nach der **regel des Rechts** zu ver-
5 fahren, weil man dadurch gantz unglüklich werden würde.

Es ist aber unmöglich anzuzeigen, worin das gäntzliche Unglük bestehen könne. Der tod ist es nicht.

---

***7474.*** *υ—ψ. J 138. Zu § 146, 2 „ius disponendi de ipsis personis“:*

10 Das kan selbst niemand von sich.

*Zu „potestas eminens“:* Ob man einen unschuldigen zum Beyspiel strafen oder jemanden das seine Nehmen könne?

---

propriis, DOMINIUM EMINENS; 2) ius, in casu necessitatis disponendi de ipsis personis quorundam subditorum, POTESTAS EMINENS. *Ius eminens* omne ex
15 pacto, ideoque ex consensu singulorum et omnium civium enascitur, §. 91: ergo est verum ius, quod cum mero necessitatis favore §. 145 et 146. Pr. ad statum civilem applicato, confundi non debet.

1. Io. Christoph. BECMANNI diss. *de dominio eminenti*, in *Meditationibus* eius *politicis* p. 157—164; et *de eod. argumento* in *polit. parall.* p. 174—180.
20 2. Iac. Andr. CRUSIUS *de dominio praeeminenti principis et Reip. in subditos eorumque bona ac ius quaesitum*, Mindae 1668. 4, et in eiusdem *opusculis* p. 1—124.

[139] 3. Guil. LEYSERI tr. *de imperio contra dominium eminens*, Wittemb. 1672., quo continentur scripta ad controversiam inter ipsum et HORNIUM
25 de hoc themate agitatam spectantia, conf. MEIST. Bibl. I. Nat. part. I. pag. 150.

4. Tractatus varii *de ratione status*, 1692. 4.

5. Imm. WEBERI diss. *de recta pacis tempore bellique ratione status*, Giess. 1700. Alia de hoc argumento scripta reperias in MEIST. *bibl. Iur.*
30 *Nat.* III. 133. et Casp. THURMANNI *bibliotheca statistica* s. syllabo eorum, qui de ratione status, principumque ministris, consiliaris, legatis et bonis domanialibus scripserunt, Hal. 1701. 4.

§. 147.

Cum vero in republica omnium civium salus communiter promovenda,
35 omniumque ad onera reipublicae ferenda communis sit obligatio, §. 91, 89; imperans civitatis tenetur, eos, quibus emergente casu necessitatis ex iure eminenti

onus praecipuum imposuit, cessante necessitate publico auxilio sublevare, quantum [140] fieri potest; consequenter ipsi *ius* competit, *ad iura maiestatica* pertinens, *adigendi reliquos cives*, *ut communiter concurrant ad sublevandum eos*, *qui onus* tale *praecipuum pertulerunt*, ideoque etiam *ad resarciendum iis id detrimentum*, *quod ex iure eminenti passi fuerunt.* 5

1. Corn. van Bynkershoek nonnulla *de dominio eminenti et de refundendo pretio eorum*, *quae iure eius dominii occupantur*, in eius *Quaestion. Iur. Publ.* lib. II. cap. 15. pag. 290.

[141] Sectio III.

## IUS PUBLICUM UNIVERSALE HYPOTHETICUM. 10

§. 148.

*Ius Publicum Universale hypotheticum* occupatur in deducendis iuribus atque obligationibus imperantis civilis et subditorum civilium mutuis, quae e speciali civitatis constitutione, §. 111, hinc e diversis rerumpublicarum formis specificis atque mutationibus colligi possunt, consequenter, quae positis certis pactis fundamentalibus legibusque fundamentalibus, §. 109. intelliguntur. 15

Titulus I.

### DE

### MONARCHIA.

§. 149. 20

In monarchia imperium publicum est penes monarcham seu principem, personam singula[142]rem, §. 110, in quam a populo translatum imperium, ut illud exerceat, §. 97. Quamobrem *ius principis*, qua talis, metiendum e voluntate et intentione, quae fuit populo, cum in ipsum transferret imperium, ideoque *metiendum e pacto subiectionis*, *legibus fundamentalibus*, §. 109, *et fine civitatis*, §. 98. 25

§. 150.

Maiestas involvit imperium civile summum, §. 95, ideoque etiam summam in civitate dignitatem eius, cui maiestas competit, §. 122. Hinc haec ipsa summa in civitate dignitas, quatenus singulari personae inhaeret, vocari solet maiestas personalis; atque hoc respectu maiestas, pro imperio civili summo sumpta, 30 appellari suevit maiestas realis. Populo itaque vi originis competit maiestas realis, §. 95: si vero a populo ordinatur monarchia; in principem transfertur maiestas realis, ipsique simul imprimitur maiestas personalis, consequenter *monarcha naturaliter* (monarcha *civitatis liberae*, [143] qualis vi originis supponitur omnis civitas, §. 90) *instructus est maiestate* non tantum *reali*, sed etiam *personali.* 35

Atque ex eodem fundamento *principi competit libertas naturalis plena* tum respectu exterorum tum etiam respectu ipsius populi, cui imperat, §. 97; ideoque

**7475.** *ψ? χ? J 143. Zu § 151 „Monarchia libera“:*

In dieser ist es auch unerlaubt, dem monarchen den Gehorsam zu verweigern, weil die Gesetze es verbieten.

---

**7476.** *ψ? υ—χ? J 144. Zu § 151 „tantum potest unus“ etc.:*

5 Er ist der einzige, welcher vom Gesetze ausgenommen ist aber darum nicht über das Gesetz und nicht souverain.

Der Despotismus besteht darin, wenn der Unterthan aber auch der Minister nicht einmal Erlaubnis hat, vorstellungen zu thun, sondern alles blos passiv ist und kein automaton.

---

10 **7477.** *κ—ρ. J 145. Zu § 152, 2 „imperium est limitatum“:*

restrictum

---

nec tenetur legibus, quas vi imperii subditis tulit, §. 34, et eatenus princeps dici potest exlex, respectu nimirum earum legum civilium, quarum ipse est auctor et legislator, §. 114; cum contra legibus fundamentalibus omnino sit ad-
15 strictus, §. 109.

1. Henr. Lud. Wernheri diss. *de statu summorum Imperantium exlege*, Lips. 1704.

2. Dan. Frid. Hoheisel diss. *de principe legibus soluto*, Halae 1720.

§. 151.

20 Cum monarchia libera plerumque insigniatur titulo *regni*, atque ideo eius princeps *rex* [144] dicatur, iura maiestatica monarchae competentia appellari solent *regalia* (iura). Quodsi imperium publicum simpliciter principi delatum, ut consequenter ipsi competat imperium plenum et absolutum, §. 100; *ad regalia* monarchae *referenda sunt, quotquot dantur iura maiestatica*, nullo excepto; *atque*
25 *eadem omnia exercere ad salutem publicam pro liberrimo arbitrio potest*, cum nulla scilicet exstet peculiaris lex fundamentalis, qua vel regale quoddam ipsi fuerit ademptum, vel eius exercitium quodammodo fuerit restrictum. In *monarchia* igitur, *cuius imperium simpliciter* in monarcham *translatum*, *tantum potest unus*, *quantum universus populus vi originis* §. 95, 99, 100. Et *penes monarcham talem* est
30 *summitas* et *plenitudo potestatis* (civilis) atque ideo *imperium indivisum* et *illimitatum.*

§. 152.

Quodsi e contrario principi deferatur a populo imperium minus plenum dumtaxat vel limitatum: *princeps* 1) quatenus eius *imperium* [145] est *diminutum, quodum* vel *quibusdam iuribus maiestaticis caret*, §. 99, ideoque *illa tamquam regalia*
35 *exercere nullo modo potest;* 2) quatenus eius *imperium* est *limitatum*, ipse in exer-

***7478.*** *ϰ—ϱ. J 146. In § 152 setzt Kant „Corregimine“ hinzu ein:* non —

*Am Rande links:* Das Volk regirt nicht mit. Aber es giebt mit Gesetze.

---

***7479.*** *υ—ψ. J 146. Zu § 153 „ordines (status) monarchiae“:* Stände 5

---

citio alicuius vel aliquorum iurium maiestatis certa lege est adstrictus, ideoque *illa*, quamquam sunt regalia, tamen *contra modum legibus fundamentalibus determinatum exercere non potest*, §. 100, 109.

Hinc quotiescumque interest reipublicae, ut ius maiestaticum prioris ge- 10 neris exerceatur, vel, quoad exercitium iuris maiestatici posterioris generis, a modo determinato recedatur: toties *princeps naturaliter indiget consensu populi. Quatenus* ergo *populus* principi *detulit imperium hac lege, ut sine populi consensu accedente de quibusdam negotiis statuere*, vel *ultra modum definitum regale quoddam exercere princeps non possit;* eatenus in monarchia, cuius imperium iure minus 15 pleno vel restricto competit monarchae, *populus* est *in communione imperii civilis* seu COIMPERIO, et hinc in *communione regiminis* [146] reipublicae, §. 97, seu CORREGIMINE, atque hactenus quoque *populus gaudet libertate naturali* atque *aequalitate cum principe*, §. 38.

§. 153. 20

Quoniam vero consensus populi seu universorum admodum difficulter obtineri potest, populus plerumque ius suum transtulit in collegium quoddam vel collegia quaedam: quale collegium, cui corregimen monarchiae independenter a principe competit, appellatur COLLEGIUM ORDINUM MONARCHIAE; cum singuli, qui voto decisivo in tali collegio gaudent, dicantur ORDINES (status) MONARCHIAE. 25 Horum ordinum ad exercendum corregimen legitimus congressus COMITIA *monarchiae* appellantur.

Atque ita constat, quatenus *monarchia, cuius imperium* principi *minus plene* vel *limitato modo* competit, *sine ordinibus* et *comitiis esse nequeat;* constat etiam in eadem *principem* [147] *et ordines iunctim* sumptos *maiestatem habere plenam* et *ab-* 30 *solutam.*

§. 154.

Ceterum cum ab arbitrio populi dependeat, quomodo transferre imperium velit, §. 96; *si populus imperium defert principi limitatum vel diminutum, varias* etiam *condiciones pacto subiectionis adicere potest*, ut eo fortius adstringatur, ad imperium 35 intra fines determinatos continendum, *adiectisque vi pacti standum*, §. 194, I.

Imm. WEBERI diss. *de regnis sub lege commissoria delatis*, Giessae 1715.

*7480. ψ. J 147. Zu § 155 „nec princeps — abdicare“:*
potest ut Monarcha.

---

*7481. ϱ? κ? J 148. Zu § 157 „imperium publicum — non extenditur“:*

5 Ob er in Ansehung der Schulden unter obrigkeit stehe.
Er übt niemals actus privatos selbst aus sondern jederzeit durch einen andern, der davor antworten muß.

---

*7482. ϱ. J 149. Zu § 157 Schluss:*
Die, durch die er handelt, müssen es verantworten.

---

10 §. 155.

Quoniam vi pacti subiectionis princeps se obligat ad exercendum imperium, et populus in ipsum ius exercendi imperium transfert; *nec princeps imperium sine consensu populi abdicare, nec ipse invitus a populo abdicari potest*, §. 182, I.

[148] §. 156.

15 Quoniam porro in monarchia imperium est penes unum, cui consequenter reliqui cives singuli quicumque subsunt; *principis imperium publicum* naturaliter etiam *in* eas personas, quae ad eius *familiam* pertinent, *extenditur; quatenus istae personae ut cives spectari possunt.*

§. 157.

20 Denique cum actus principis, qua talis, qui nimirum ad exercitium imperii pertinent, seu *actus regii*, distincti sint ab *actibus* eius reliquis seu *privatis;* et princeps quoad negotia sua privata et actus privatos non tamquam imperans sed tamquam privatus spectandus, §. 121; *imperium publicum principis ad eius actus privatos non extenditur.* Neque tamen exinde consequitur, ut princeps in actibus 25 suis privatis teneatur eo Iure Civili Positivo, quo singuli subditi privati inter se utuntur; cum princeps legibus, quas vi imperii subditis tulit, naturaliter sit solutus, §. 150. Quin potius, si res haecce per se consideratur, adstruendum [149] est, *principem vi libertatis naturalis plenae*, §. 150, *in actibus* et *negotiis suis privatis uti Iure Naturali.*

30 1. Mich. Henr. Gribneri *delineatio Iurisprudentiae Privatae Illustrium*, cura Ioh. Beniamin. Reisig. Gotting. 1736. 8.

2. Burcardi Gotthelfii Struvii *Iurisprudentia Heroica, in ordinem redacta* et *aucta* cura Ioh. Aug. Hellfeldii, Ienae 4. pars I. et II. 1743, III. 1745, IV. 1746, V. 1747, VI. 1748. VII. 1753.

35 3. Io. Frider. Wilh. de Neumann *meditationes Iuris Principum Privati* Francof. ad Moen. 4. tom. I. II. III. 1751, IV. V. VI. 1752, VII. VIII. 1753, IX. supplementa complexus, 1756.

***7483.*** *ϱ? κ—λ? J 152. Zu § 160 „modus habendi imperium“:*
Die Art, wie er zum reiche gelangt.

---

[150] Titulus II.

DE

## MODIS HABENDI IMPERIUM MONARCHICUM. 5

§. 158.

Cum imperium publicum tam illud, quod populo originarie competit, e pacto unionis civilis; quam istud, quod competit personae, in quam primum a populo translatum imperium, ex pacto subiectionis, §. 98, ideoque omne imperium originarie ex pacto oriatur: *modus adquirendi imperium publicum*, vi originis, 10 generatim *in pacto consistit.*

Speciatim, si populus in unum transferre decernit imperium: cum naturaliter a voluntate et consensu ultroneo, hinc ab electione populi dependeat, in quem illud transferre velit, a voluntate vero eius, cui offertur imperium, an illud habere velit; *imperium monarchicum vi originis adquiritur electione populi*, quae fit concluso, 15 §. 27, *acceptata ab electo.*

[151] §. 159.

Cum vero ius monarchae electi naturaliter sit personalissimum, §. 73; *eo mortuo imperium ad populum redire*, hinc *ab eius arbitrio dependere*, *num velit alium principem eligere*, *an aliam reipublicae formam constituere*, intelligitur. 20

Et quoniam civitas est corpus immortale, §. 90, principes vero singuli sunt mortales: si respublica ordinanda; populus convenire debet, quis decedente, et generalius deficiente principe, et quomodo quisque succedere debeat in imperio civili. Cum itaque populus vi originis pro lubitu de modo succedendi in imperio statuere possit, §. 96; *is modus succedendi in imperio monarchico* est *legitimus*, 25 *qui consensu populi*, *hinc lege fundamentali constituitur*, atque ideo tot modi succedendi legaliter sunt possibiles, quot concipi possunt.

§. 160.

Monarchia, in qua deficiente principe successor semper est eligendus; vocatur ele[152]cticia (electiva): ea vero, in qua in locum deficientes principis 30 alius citra electionem simpliciter ex certa lege succedit; vocatur hereditaria (successiva, successoria): illa tandem, in qua successor succedit quidem citra electionem certa lege, ita tamen, ut consensus populi accedens simul requiratur; vocari potest monarchia mixtae successionis.

Quoniam *modus habendi imperium* publicum ab ipso imperio distinctum est 35 tamquam res diversa: 1) *in ipso imperio nihil mutat*, ut adeo ex diversis modis adquirendi imperium, idem imperium summum, plenum, illimitatum vel oppo-

situm imperium, et inversa vice ex eodem modo diversum imperium adquiri possit; 2) *monarcha*, quantumvis summo, pleno, illimitato imperio instructus, tamen *pro lubitu determinare modum succedendi*, vel *lege fundamentali determinatum mutare non potest:* quippe modus habendi imperium non est pars imperii, nec 5 ad eius exercitium pertinet.

[153] 1. Io. WERLHOFII diss. *de electione et successione in regnis*, Helmst. 1687.

2. Georg. Pauli ROETENBECCII diss. *de variis regna consequendi modis*, Alt. 1706.

10 3. Io. Iac. MOSERI specimen Iuris Publici Europaei novissimi *de iure et modo succedendi in Regna Europae speciatim in Regnum Bohemiae*, Francof. ad Viadr. 1739. 4.

§. 161.

Quando itaque in monarchia deficit princeps, interea donec alius eligatur, 15 vacat thronus, qui status monarchiae, in quo thronus seu sedes regia vacat, seu status monarchiae deficiente principe, INTERREGNUM vocatur. *Durante* ergo *interregno a voluntate populi dependet*, *num imperium in interregno per se*, an *per alium* aut *alios certos administrare malit.* Is, cui tempore interregni competit ius, nomine populi administrandi rempublicam, est VICARIUS *monarchiae* (regni, 20 principatus, imperii). Itaque vicarius regni est rector civitatis, cui demandatum regimen, §. 97, atque ideo merus [154] administrator reipublicae et *officialis publicus*, §. 120, eiusque *officium* naturaliter est *temporarium*, donec nimirum novus rex eligatur, et *eiusdem iura ex lege fundamentali metienda.*

§. 162.

25 Cum ius transferendi imperium originarie penes populum sit, §. 96: *ius eligendi successorem principem populus* vel *sibi reservare*, vel *simpliciter in alium* aut *certos alios transferre*, aut *alicui* vel *aliquibus demandare*, vel denique *certas electionis leges condere potest*, quibus determinetur v. c. personae eligibilitas, tempus et modus electionis. Atque hoc casu ELECTIO, iuxta leges de eligendo principe 30 conditas facta, est LEGITIMA, *et regem illegitime electum populus agnoscere non tenetur.*

§. 163.

Electio effectum sortiri nequit, nisi quatenus pactionem continet, cuius paciscentes sunt [155] populus eligens, qui defert imperium, et is, qui delatum 35 sibi per electionem imperium acceptat, §. 98. Quamobrem *antequam electio perfecta, is, qui in electionem venit, nullum in imperium ius habet.* 2) *Populus eligens quavis in electione novas leges condere potest, iuxta quas futurus princeps exercere imperium teneatur:* quales leges in delatione imperii electo praescriptae CAPITULATIO (pacta conventa) appellantur, 3) *Electo integrum est, imperium sub talibus* 40 *legibus delatum acceptare* vel *recusare.* 4) *Si acceptat, eo ipso adquirit imperium, sed capitulationi tamquam legi fundamentali adstrictum*, §. 109.

***7484.*** *ϱ? χ? J 158. Zu § 168 „successio — patrimonialis“:*
Rusland

---

§. 164.

Quoniam in monarchia electiva ius eligendi successorem competit non principi, sed populo vel iis, quibus a populo delatum aut demaudatum est, ideoque eius exercitium naturaliter est independens a voluntate principis; *princeps nec impedire electionem successoris*, quae forte ipso adhuc vivo et regnante susci[156]pitur, *nec obtrudere populo successorem potest. Is* vero, *qui legitime eligitur tamquam successor principis regnantis*, *est heres*, §. 236, I, *monarchiae*, atque *ius eius exercendi imperium incipit*, *simul atque antecessoris ius finitur.*

1. Car. Gottl. Weidlichii diss. *de iure principis in Regno Electivo circa prospiciendum Reip. successorem.* Lips. 1729.

§. 165.

Si monarchia hereditaria ordinanda: *condendae leges*, quibus designantur personae throni capaces, et modus succedendi definitur, *ut successor sit certus, atque ita turbae evitentur.* Tales ergo *leges successionis*, consensu populi naturaliter constitutae, atque in delatione imperii, primo monarchae facta, ab ipso acceptatae, *obligant invicem populum et monarcham omnesque eos*, *quibus exinde ius succedendi in imperio adquiritur vi pacti*, hinc *pertinent ad pacta fundamentalia et ad leges fundamentales.*

[157] §. 166.

Quamobrem in *monarchia hereditaria* qui deficiente principe ex lege successionis est *successor*, novo populi consensu non indiget, atque ita *ipso iure succedit:* ideoque licet legibus fundamentalibus adhuc usitatis teneatur, tamen *novis obligationibus aut capitulatione a populo invitus adstringi non potest.* Et haec obtinent, *quousque adsit*, *qui ius quaesitum succedendi* habet vi *legis successionis.* Talis vero *si amplius non adsit; cessat efficacitas legis successionis*, et *reviviscit ius populi*, tum formam reipublicae, tum legem successionis cet. pro lubitu immutandi.

§. 167.

In *monarchia mixtae successionis qui certa lege ad successionem in imperio vocatur*, existente casu pro lubitu quidem populi praeteriri aut reici non potest: attamen, *si manifesta inhabilitate laborat*, *vel* etiam *novam capitulationem populi acceptare recusat*, *populus eum* [158] *agnoscere tamquam successorem principem non tenetur*, §. 160.

§. 168.

In *monarchia hereditaria* si ius succedendi restrictum est ad posteritatem primi adquirentis; haec, quae obtinet, successio dicitur iure familiae hereditaria: si vero pendet prorsus ex dispositione antecessoris; talis successio vocatur patrimonialis.

**7485.** *ϱ. J 159. Zu § 169 „perfecte talis“:*
Die Spanische nicht.

---

**7486.** *ϱ? υ—χ? ψ? J 159. Zu § 169 Schluss „omne imperium — indivisibile“:*

5 auch nicht, daß es als ein Ganzes vor sich der theil eines andern werde.

Die Erben können wohl in die Rechte der Oberherrschaft succediren aber nicht das Land, welches sie sonst besaßen, dieses als accession acqviriren. Das geerbte Land muß seine besondere Regirung haben und
10 ist von dem Interesse des andern Landes gänzlich independent.

---

§. 169.

MONARCHIA PATRIMONIALIS est, de cuius imperio monarcha disponere potest in modum patrimonii, §. 236, I, qualis *princeps* ipse inde appellatur *patrimonialis.* Si potest tantum pro lubito in alium transferre, ideoque alienare im-
15 perium; MONARCHIA PATRIMONIALIS est IMPERFECTE *talis:* si simul territorium cum imperio pro lubitu inter plures dividere (dividere imperium *in partes sub*[159]*iectivas*); est PERFECTE *talis.* Unde *monarcha* ipse *patrimonialis* vel *perfecte* vel *imperfecte* talis est. MONARCHIA non-patrimonialis vocatur USUFRUCTUARIA, et eius *princeps usufructuarius* dicitur.
20 Cum ius principis naturaliter sit personalissimum, §. 73; omnis *monarchia naturaliter est electiva,* ergo *non hereditaria, multo minus patrimonialis, quin potius usufructuaria.*

*Minime vero omnium monarchia tamquam perfecte patrimonialis* naturaliter *cogitari potest.* Cum enim ad primarium reipublicae finem pertineat defensio sui
25 adversus vim externam, pacto unionis civilis stabilita; divisio autem territorii cum imperio in plures partes, hinc divisio civitatis in plures civitates particulares et fini huic primario et unionis pacto e diametro adversetur: *populus neutiquam intelligitur imperium transtulisse in aliquem, nisi ea lege tacita, ne dividatur,* ut adeo *omne imperium naturaliter sit indivisibile* (in partes subiectivas).

30 [160] §. 170.

In *monarchia patrimoniali successor adquirit imperium mediante dispositione antecessoris,* ita ut populi consensu opus non sit: hinc *a populo* deinde *excludi seu praeteriri,* vel *nova capitulatione adstringi successor non potest,* §. 166.

*Si* ergo *princeps decedit, non facta successoris denominatione, neque exstet lex*
35 *fundamentalis, ex qua in defectum dispositionis succedit alius: nemini amplius in imperium ius est;* consequenter populus in libertatem naturalem revertitur, et leges

***7487.** ι—κ. J 169. Zu § 171 Schluss „populus sui iterum" etc.:*
necesse itaque est, ut semper fuerit populus, h. e. totum subditorum ideoque duraverit civitas.

---

fundamentales novas, etiam de futura in imperium successione, condere pro arbitrio potest. 5

§. 171.

In *monarchia*, quae *iure familiae* est *hereditaria*, adest familia, ex qua continuo successor adsciscendus, STIRPS REGNATRIX. *Condenda* ergo *lex de ordine*, *quo quilibet e stirpe regnatrice succedere debet*, §. 156, et *proximus ordine ipso iure fit successor* in imperio. [161] Cumque ius succedendi stirpis regnatricis 10 ex consensu populi atque primi adquirentis mutuo proficiscatur, §. 159; *successor* ex stirpe regnatrice *tertius*, quartus et *insequentes non ab eo*, cui immediate *succedunt*, *ius suum derivant*, sed per antecessores dumtaxat *ex pacto* et *providentia maiorum*, hoc est primi adquirentis cum populo.

Quamobrem etiam *nec a populo nec a successore* quodam *lex successionis*, tali 15 pacto stabilita, *immutari potest invitis illis*, *qui sunt e stirpe regnatrice*, tamquam iis, quibus inde ius est quaesitum, §. 165.

*Exstincta vero stirpe regnatrice populus sui* iterum *fit iuris*, *hinc novis legibus fundamentalibus novum imperii modum* et *reipublicae formam constituere*, *vel aliam familiam iure pristino quaerere sibi regnatricem potest.* 20

1. Ioh. Franc. BUDDEI diss. *de successionibus primogenitorum*, Halae 1695 et in *Sel. Iur. Nat.* p. 149—192.

2. Gottl. Sam. TREUERS Untersuchung, *wie weit ein Fürst Macht habe, seinen erst*[162]*gebohrnen Prinzen von der Nachfolge in der Regierung auszuschliessen*, 1718. 4. 25

§. 172.

Ceterum cum in omni monarchia contingere possit, ut princeps sit minorennis, vel alia de causa impediatur administrare rempublicam, utque ideo tutela principis et vicaria reipublicae administratione opus sit; *in monarchia lex condenda de tutela principis minorennis* et *vicaria reipublicae administratione principe* 30 *impedito*, ad quam observandam obligantur et populus et princeps tamquam ad legem fundamentalem.

1. Ioh. Nicol. HERTII diss. *de tutela regia* sive *Regnis sub tutela constitutis*, Giessae 1682.

§. 173. 35

Denique interest monarchiae, ut definiatur modus terminandi controversias, quae de successione in imperio exoriri possunt, si nempe plures de iure succedendi potiori contendant, hoc est si AEMULI (praetendentes) REGNI existant, [163] ob dubia forte circa ordinem succedendi vel dispositionem antecessoris

**7488.** *ϱ? ο?? ϰ??? J 165. Zu § 175 „singuli quique — est liber“:*

sind nur repraesentanten nicht mandatarii.

---

vel electionem enata. Ergo *lex condenda de modo, tales lites terminandi,* quae ad
5 fundamentales leges referenda, ex. gr. ut principi regnanti vel populo ius competat decidendi in causa aemulorum regni: si nimirum populus principi cum imperio simul hoc ius, quod populo competit, transfert, vel sibi soli reservat.

Quodsi vero lex talis non exstet, ex qua lis aemulorum regni decidi possit; *aemuli Regni inter se et cum populi,* vi libertatis naturalis, §. 150 et §. 90, *utuntur*
10 *Iure mere Naturali,* neminique ergo mortalium competit ius, ex potestate iudiciaria hanc litem decidendi. Verumtamen *populus,* ne bello inter regni aemulos exorto ipse extinguatur, *favore necessitatis uti,* atque *alterutrum aemulorum ultro agnoscere, vel victori se dedere, excluso altero, sine iniuria potest,* §. 145. Prol.

1. Diss. mea *de iure in aemulum regni* vulgo *Praetendentem,* Marb. 1747.

15 [164] Titulus III.

DE

## RELIQVIS RERVMPUBLICARVM FORMIS.

§. 174.

*Democratiae* seu reipublicae popularis imperium est penes populum, hoc
20 est vel penes universos vel certe penes maiorem patrumfamilias civitatis partem, §. 110. Cum de imperio universis vi originis competente supra expositum; *sumamus* nunc *democratiam,* quales hodie sunt pleraeque, *cuius imperium publicum in parte dumtaxat universorum* residet, spectandum ideo tamquam *translatum ab universis,* §. 96. Coetus eorum, quibus iunctim seu collective sumptis in tali
25 democratia competit imperium, appellari potest COLLEGIUM seu CORPUS POPULARE, ut distinguatur a populo pro universis sumpto. Quamobrem in democratia *collegio populari imperium publicum na*[165]*turaliter* (si nempe simpliciter translatum) *competit* tamquam *summum, plenum* atque *absolutum,* immo *cum iure exercendi imperium solet ipsi simul competere ius omne populi universi,* quod ideo hic
30 loci etiam assumendum. Hinc *collegium populare* vocatur *supremum* (summum, §. 95), *eique competit maiestas,* §. 95.

§. 175.

Quoniam itaque in collegium populare translatum ius universorum; *eius imperio subsunt singuli cives quicumque,* seu omnes cives singulatim spectati, ideoque
35 *etiam singuli quique, qui sunt membra collegii supremi.* Quare *in republica populari nemo singulus est liber,* §. 84, I, contra vero ea *collegium populare naturaliter est liberum* respectu et *exterorum* et *sui ipsius* hoc est civitatis suae.

§. 176.

Quoniam itaque collegium populare liberum est, omneque ius universorum habet, §. 175, 174; *collegium populare de omnibus negotiis publicis* [166] *pro arbitrio statuere potest*, et *ab eius voluntate unice dependet determinare*, *quomodo imperium exercendum*, *quomodo succedendum in collegio supremo; condere leges fundamentales*, 5 easque *tollere* et *mutare*, §. 96, 109.

§. 177.

Et cum membrorum collegii popularis ius naturaliter sit aequale: *communi* eorum *consensu de negotiis publicis statuendum*, *legesque condendae et tollendae*, et *quid casu emergente faciendum*, *communibus deliberationibus*, *suffragiis* et *conclusis* 10 perficiendum est, §. 26, 27. Conventus collegii popularis negotiorum publicorum agendorum causa COMITIA POPULARIA vocantur; ergo *corpus populare negotia publica*, quae *per se* agere vult, *non nisi in comitiis popularibus agere potest.* Ut vero discordiae evitentur; communi collegii popularis consensu, hinc *lege fundamentali* definiendum, quinam ius comitiorum hoc est votum in comitiis habere 15 debeant, quid pro voluntate totius colle[167]gii censendum, quo loco, tempore, modo collegium convocandum, quomodo proponendum, suffragia ferenda, numeranda, conclusa efficienda cet.

§. 178.

Quoniam democratiae ita solent esse comparatae, ut membra collegii su- 20 premi omnia convenire quotidie non possint; *necesse est*, *ut uni vel certis personis administratio reipublicae committatur*, seu regimen publicum demandetur quoad negotia quotidiana ac moram non ferentia et exsecutionem legum fundamentalium conclusorumque collegii supremi. Atque *ita constituitur* vel persona singularis *rector civitatis*, §. 97, qui est merus reipublicae administrator et officialis publicus, 25 §. 120; vel *collegium certarum personarum*, *quibus iunctim competit imperium* tamquam *officium publicum*, hinc nomine collegii supremi et totius populi, atque dependenter a collegio supremo exercendum. *Potestas* itaque talis rectoris et collegii subordinati e [168] voluntate collegii supremi et fine civitatis aestimanda. Unde etiam patet, in democratia *exercitium imperii*, quoad ea, quae rectori et collegio 30 subordinato non commissa, cum sibi reservatum sit a collegio supremo, *restrictum esse ad certum locum* et *tempus*, ad comitia nimirum popularia.

§. 179.

Ceterum *democratia*, quae existit omnis, est *hereditaria* eo sensu, ut certis familiis vel certorum praediorum possessoribus ius comitiorum adhaereat: ut ita 35 posteri certorum patrum familias, qui membra collegii supremi fuerunt, et successores in certa praedia, quorum possessores fuerunt membra collegii supremi, in eorum locum successive succedant. Generatim *modus succedendi in ius comitiorum e lege fundamentali aestimandus*, quae consensu ipsius collegii supremi, quatenus ius universorum habet, condenda. 40

***7489.** ρ—σ. J 171. Zu § 183 „senatus supremus“:*
Der Senat regirt. Der Magistrat administrirt.

---

[169] §. 180.

*Aristocratiae* seu reipublicae aristocraticae imperium competit certis opti-
5 matibus collective sumptis seu *collegio optimatium*, §. 110, personae morali, in quam translatum a populo *imperium publicum; quod* ideo *optimatibus naturaliter competit* tamquam *summum*, *plenum*, *absolutum*, §. 100. Unde intelligitur, cur collegium tale vocetur *Senatus supremus*, §. 65, *eique competere maiestatem*, *Senatumque supremum naturaliter tantundem posse*, *quantum universus potest populus.*

10 §. 181.

In aristocratia igitur senatus supremi imperio subsunt omnes et singuli cives quicumque cunctaeque societates reliquae, civitatis membra, etiam singuli quique optimates; consequenter *in aristocratia nemo singulus liber*, *nec corpus ullum a senatu supremo diversum liberum*, *senatus ipse* vero *liber intuitu cum exterorum tum*
15 *civitatis suae.* Et cum ius populi in i[170]psum translatum; *senatus supremus repraesentat populum.* Quoniam vero optimates collective dumtaxat habent ius, quod monarcha naturaliter solus habet; naturali ratione *dignitas monarchae praestat dignitate singulorum optimatium.*

§. 182.

20 Quoniam, si aristocratia ordinanda, populus vi libertatis originariae formam reipublicae pro arbitrio suo determinare potest; ab eius unice voluntate dependet, definire: *quantus esse debeat optimatium numerus*, *quinam esse possint optimates*, *quomodo constituendi*, num *eorum regimen temporarium* an *perpetuum esse debeat*, utrum *successores eligendi*, an *certa successionis lex statuenda*, num *ius optimatium ad certas*
25 *familias* an *ad possessionem praediorum* vel *ad aliam personae qualitatem* restringendum. Atque de his *leges condendae*, quae valent tamquam fundamentales.

[171] §. 183.

*Quodsi* itaque inter populum et optimates in delatione imperii publici *tales leges* pactae, hinc *pacto subiectionis*, §. 98, *adiectae; senatus supremus iis tenetur*
30 *vi pacti* cum populo, consequenter *eas tollere* vel *immutare sine populi consensu nequit.* Enimvero *si simpliciter imperium cum omni iure populi in optimates translatum; senatus* sicut collegium populare, §. 174, *leges fundamentales ipse pro arbitrio* et *condere* et *abrogare* atque *mutare potest.*

§. 184.

35 Aristocratia est hereditaria, si ius voti in supremo senatu certis familiis, vel certorum praediorum possessoribus adhaeret; electicia vero, si ius suffragii ex electione vel collegii supremi, vel populi, aut eorum, qui ius

***7490.*** *ϱ—σ. J 173. Zu § 186 „respublica mixta":*

bey einer Monarchie ist mehr gleichheit der übrigen, bey einer democratie ist mehr Ruhe vor seines gleichen, also mehr subordination. bey einer aristocratie sind partheyen, also Unruhen und doch keine Gleichheit.

---

populi habent, semper est adquirendum; MIXTAE SUCCESSIONIS, si est electicia, ita tamen ut eligibilitas ad certas fa[172]milias vel certorum praediorum possessores sit restricta. 5

§. 185.

Si in *aristocratia electicia* ius eligendi optimates successores non ipsi senatui supremo, sed populo aut aliis, quibus id a populo datum, competit; singuli tamen 10 optimates aut saltem totum eorum collegium populi imperio non subest: talis reipublicae forma est aristocratica, et aestimari debet iure aristocratiae; licet videatur esse democratia. Atque eiusmodi respublica, quatenus talis esse non apparet, vocari potest *aristocratia cryptica.*

§. 186. 15

*Forma reipublicae* ex monarchia, aristocratica et democratica simul, vel saltem ex binis earundem *composita* non datur; cum totum ex partibus pugnantibus componi nequeat, §. 150, 175, 181. Datur tamen forma reipublicae, quae [173] in aliis ad monarchiam, in aliis ad aristocratiam, in aliis ad democratiam propius accedit, aut saltem ex binis reipublicae formis aliquid participat; 20 qualis RESPUBLICA MIXTA vocatur. Oritur reipublicae mixtae forma ex imperii publici divisione in partes potentiales, §. 99, et eius limitatione, utroque actu a populi voluntate unice dependente, §. 96. Quoniam itaque et divisio et limitatio imperii variis modis pro arbitrio populi fieri potest; *mixtae reipublicae formae pluribus modis differunt*, et *cuiuslibet forma per leges fundamentales definienda.* 25

1. Gott. Sam. TREVER diss. *logomachia de civitatibus mixtis.* Gotting. 1742.

§. 187.

*In republica* igitur *mixta dantur plures personae* seu singulae seu morales, *quarum cuilibet competit certa pars imperii* vel *qua propria* vel qua *communis inde-* 30 *pendenter* a se in[174]vicem: hinc *plures singuli* vel corpora, qui sibi invicem *sunt aequales* et *liberi* quoad partem imperii cuique competentem. Quamobrem *in reipublica mixta illi, inter quos divisum est imperium vel commune,* non nisi *iunctim habent imperium plenum et absolutum.*

§. 188. 35

Et cum in alia republica mixta maior imperii pars uni, in alia optimatibus, in alia denique populo competere possit solet respublica mixta priori casu

MONARCHIA MIXTA, altero ARISTOCRATIA MIXTA, tertio DEMOCRATIA MIXTA vocari, quod scilicet propius ad hanc quam ad illam reipublicae formam accedit. Atque ita ab his formis mixtis distinguendae sunt MONARCHIA, ARISTOCRATIA, DEMOCRATIA PURAE, si puta imperium indivisum seu
5 plenum et absolutum est penes unum, vel senatum supremum vel populum.

[175] §. 189.

Denique etiam *ex pluribus rebuspublicis componi posse corpus unum* mediante pacto, cui standum, nullo negotio intelligitur. Quodsi igitur plures civitates ita coalescunt, ut omnes posthaec idem commune imperium publicum agnoscant;
10 *ex pluribus civitatibus enascitur una civitas.*

§. 190.

Si vero plures civitates in certam societatem aeternam, §. 90, coeunt, reservato cuique imperio publico in iis, quae ad finem conventum communem non spectant, oritur CORPUS FOEDERATARUM RERUM PUBLICARUM (systema rerum-
15 publicarum associatarum seu Achaicarum). *Foederatae* ergo *respublicae manent civitates, diversae spectatae erga se invicem,* sed *mutuis iuribus* atque *obligationibus colligatae, e pacto unionis,* quod ad pacta publica referendum, §. 142, et legem unionis fundamentalem constituit, *meti*[176]*endis.* Sed nihilominus foederatae respublicae *quoad finem conventum* et *intuitu exterorum* ut *unum corpus* spectandae,
20 quod *naturaliter est liberum,* cuique maiestas, quippe quam singulae habent, et iura gentis competunt, §. 87.

[177] SECTIO IV.

DE

## MODIS IUS SUUM PERSEQUENDI
25 IN REPUBLICA.

§. 191.

Si subditus civilis ius alterius violat, hinc obligationi suae non satisfacit, eius factum est iniustum et laesio, §. 52, I. Factum dolosum seu meleficium, §. 52, I, subditi dicitur DELICTUM (crimen *latius*), speciatimque ita appellari
30 solet transgressio dolosa *legis poenalis,* hoc est, cui in casum inoboedientiae adiecta poena expressa, seu quae *sanctione poenali* munita est. Factum subditi culposum, speciatimque, quod contra legem poenalem perpetratur, vocatur QUASI-LICTUM. *Delinquens* ergo *esse nequit* nisi *subditus maleficus* seu *facti dolosi reus.*

1. Regn. ENGELHARDI *Versuch* eines *allgemeinen peinlichen Rechts* aus
35 den Grundsaetzen des Natürlichen Rechts, Francof. et Lips. 1756. 8.

[178] §. 192.

Delictum, quō ius universorum vel imperantis civilis propius violatur, seu quod contra rempublicam vel imperantem publicum immediate committitur, est

PUBLICUM DELICTUM (crimen *strictius*); sin minus, est PRIVATUM, quo ergo pertinent omnia delicta, quibus privato damnum datur, iniuria infertur.

§. 193.

*Imperanti civitatis* ob curam securitatis publicae et vi potestatis exsecutoriae competit ius maiestaticum efficiendi, ut a quovis subditorum suum cuilibet tribuatur, §. 126 et 117, ideoque *imperanti publico competit generatim in omnem subditum laedentem ius violentiae, quo laesus*, quisquis sit, *contra laedentem subditum defendatur, praesteturque indemnis* et *securus*, §. 126.

§. 194.

In specie imperanti competit *ius puniendi delicta* hoc est subditos delinquentes, *ne velint*, [179] aut in subsidium *ne possint amplius delinquere*, immo etiam *puniendi quasi delicta*, ut rei ad officium faciendum fiant attentiores, §. 40. *Ius poenam irrogandi subditis*, quatenus imperanti vi imperii publici competit, *ad iura maiestatica* pertinet; et cum reipublicae intersit, ut delicta non committantur, *ius puniendi competit imperanti etiam ad avertenda delicta.*

1. Andr. Adami HOCHSTETTERI *de iure poenarum* liber singularis, Tubing. 1706 et 1710. 4.

2. De finibus poenarum civilium conf. August. LEYSERI diss. *de ultimo supplicio*, in *Meditt. ad Dig.* sp. 649. Vol. X. p. 367—378.

3. Ioh. Gott. GONNE besondere *Anmerkungen von den Strafen in bürgerlichen Gesellschaften*, in *den Erlang. gelehrt. Anzeigen* 1744. n. 10. p. 73. seqq.

§. 195.

Et cum delicta varios gradus admittant finisque poenae mox maiorem mox minorem poe[180]nam requirat, immo salus publica remissionem poenae interdum requirere possit; *ad iura maiestatica* etiam pertinet *ius, infligendi delinquentibus minorem maioremve poenam*, hinc pro ratione circumstantiarum salutis publicae causa *poenam* constitutam *exasperandi* vel *mitigandi*, vel denique etiam prorsus *remittendi*, quod ius postremum vocatur IUS AGGRATIANDI.

1. Corn. *van* BYNKERSHOEK: *ut solius principis est crimina remittere, sic eius solius esse videtur, criminum impunitates publice promittere, Quaest. Iur. Publ.* lib. II. n. 16. p. 299.

§. 196.

Si ponitur delictum, quo 1) damnum privato alicui datum, 2) et simul lex poenalis violata est: *competit imperanti ius* 1) *adigendi delinquentem, ut damnum* ei, cui datum, *resarciat*, 2) ipsi *poenam* lege praescriptam *infligendi.* Hinc in eiusmodi delictis dicitur *delin*[181]*quens teneri* ad *satisfactionem* et *privatam* et *publicam.*

Quodsi hoc casu imperans vi iuris aggratiandi delinquentem poena eximit, non tamen eo ipso simul eximit ab obligatione, damnum datum reparandi. *In satisfactionem privatam laeso privato ius* est, quod *ipsi invito imperans auferre nequit.*

**7491.** *ξ—ο? σ?? J 182. Zu § 198:*

Keine bloßen Exempelstrafen.

*Ferner:* Es kan niemand gestraft werden als nach bewiesenem Verbrechen. Also kann er nicht torqvirt werden. Aber territio findet statt.

---

5 **7492.** *ξ? ι—κ?? J 182. Zu § 198 Schluss „inauditus“:*

utrum nec accusatus (ˢ öffentlich). Man muß gegen seinen Ankläger Recht haben, zu agiren. Daher muß ein solcher sich selbst zur Verantwortung darbieten. Wer auf mich einen Verdacht bringt, laedirt meinen guten Nahmen.

---

10 **7493.** *ξ? J 182. Ferner:*

Ob er ohngehört könne in Verhaft genommen werden und ohne daß der Kläger davor responsabel ist.

---

*6 s-Zusatz: Phase ρ?*

---

§. 197.

15 Mala, quae ab imperante subdito delinquenti, dum punitur, inferuntur, varia cogitari possunt. Maximum specie est ultimum supplicium, quod ius summi imperantis, ultimo supplicio adficiendi delinquentem subditum, vocatur IUS NECIS (gladii, quibusdam quoque *ius vitae et necis*).

Cum dentur crimina, ex quibus vel ob atrocitatem facti, vel ob pessimum 20 exemplum imminet reipublicae grave periculum, internecione delinquentis avertendum: *ad iura maiestatica* etiam pertinet *ius, vita plectendi* seu *poena capitali adficiendi delinquentes, ius necis.*

[182] 1. Ioh. Eberh. ROESLERI diss. *de iure summorum imperantium in vitam civium*, Tubing. 1714.

25 2. *Eiusdem* stricturae selectiores *de iuribus quibusdam potioribus summorum imperantium*, Tubing. 1715. 4. *quaest. tertia.*

§. 198.

Cum ius puniendi exerceri nequeat nisi in delinquentes, nemo autem naturaliter praesumendus delinquens, §. 98, I; *nemo* etiam *puniendus nisi delicto* 30 *sufficienter probato*, ergo nisi probetur, tale factum existere, quod imputari tamquam delictum tali delinquenti possit, §. 14, I. Ob eandem praesumptionem atque ad eruendam eo certius delicti veritatem cuilibet delinquenti permittendum est, ut proferat, quae ad se excusandum facere posse existimat; ideoque *nemo inauditus* et *indefensus condemnari potest.*

***7494.*** *ϱ—σ. J 184. Zu § 200 Schluss:*

gegen den summum imperantem giebts keinen Richter und keine Gewalt, mithin kann er niemals als laedens angesehen werden.

---

***7495.*** *ϱ—σ. J 185. Zu § 202 „rectius egreditur e civitate“:*
aber wie wenn dieses nicht erlaubt ist. 5

---

[183] §. 199.

Quoniam denique imperantis est curare, ne delicta committantur, utque commissa puniantur; *ius imperanti publico competit in medio, sine quibus veritas delicti cognosci non potest,* ideoque *ius inquirendi in delicta,* uno verbo *ius inquisitionis.* Potest tamen imperans salutis publicae causa quandoque etiam eximere ab in- 10 quisitione suspectum de delicto perpetrato, hoc est *abolere inquisitionem.* Quoniam inquisitione abolita poena irrogari nequit, §. 198; *abolitio* revera *continet remissionem poena in delicto dubio,* ideoque *ius abolendi ad ius aggratiandi,* hinc *ad iura maiestatica* pertinet, §. 195.

§. 200. 15

Cum dentur iura, quae singulis in universos atque hinc etiam in imperantem, cui delatum imperium ab universis, competunt, §. 91, 103; *singuli laeduntur ab imperante, in quem translatum imperium, si is facit, quod est con*[184]*tra ius singulorum subditorum.* Quoniam vero singuli adstringuntur tum subiectionis tum unionis pacto; *singulus laesus ius suum persequi ultra, quam quatenus non violat* 20 *pactum unionis,* nequit.

§. 201.

Cum itaque vi pacti unionis singulus quisque teneatur universis ad non turbandam tranquillitatem publicam, §. 91; *singulus* etiam *quisque, qui se laesum putat, obligatur ad se abstinendum ab omni violenta iuris sui contra imperantem pu-* 25 *blicum persecutione.* Accedit, quod in dubio praesumptio militet pro iure imperantis, §. 108, immo quod imperans, si quid forte contra ius singuli subditi factum, ex ignorantia vel errore magis, quam deliberato animo egisse, et tollere velle laesionem, simul atque causam cognoverit, sit iudicandus.

§. 202. 30

*Singulus* ergo *subditus* ab imperante *laesus non nisi placidis modis, litteris supplicibus, ob*[185]*sequiosa gravaminum expositione saluti suae privatae consulendi ius habet.* His vero frustra tentatis *rectius egreditur e civitate, quam adhibita violentia in publicae tranquillitatis perturbatione quaerere commodum privatum sibi arroget.*

***7496.*** *λ? ι? J 186. Zu § 203 Schlussatz:*
Qvis iudicabit?

***7497.*** *λ—μ? ι? J 186. Zu § 204 „vocatur Tyrannus":*
Wüterich.

5 *Zu § 204 Schluss:* subditi non possunt aliud facere, nisi se subducere imperio tyranni, ne ipsi inserviant instrumenta.

***7498.*** *λ? ι? J 187. Zu § 205 Schluss:*
Utrum tyrannus sit puniendus.
*(Phase μ—ν?):* nullum bellum est punitivum.

---

10 §. 203.

*Si ius universorum violatur*, aut *pars populi insignis laeditur ab imperante; laesi* cives tranquillitatis et salutis publicae causa vi pacti unionis *tenentur*, ut *nullum medium placidum intentatum relinquant, antequam vim opponere imperanti male regenti*, atque ita revera in viscera propria saevire *coeperint.*

15 Est itaque illud non ius imperantis, sed obligatio subditorum, qua sociorum pacti unionis erga se invicem, unde efficitur, ut *populus ius suum contra imperantem laedentem violentis mediis persequi nequeat, nisi imperans ad tantum laesionum gradum abripiatur, ut periculum, quod reipublicae ex continuata et tolerata imperantis iniustitia imminet, maius sit eo*, [186] *quod ex sumptis contra ipsum armis est metuendum.*

20 §. 204.

Princeps, qui manifesto proposito in exitium reipublicae imperium exercet, vocatur TYRANNUS, et subinde etiam TYRANNUS EXERCITIO *talis*, ut nimirum distinguatur a TYRANNO TITULO *tali*, hoc est usurpatore imperii monarchici, §. 98; regimen tyranni qua talis TYRANNIS appellatur. *Populus* igitur *tyranno*
25 *resistere eumque coercere potest, ut se abstineat a tyrannide*, atque intra salutis publicae limites reducat regimen; vel in subsidium *recedere potest a pacto subiectionis* atque abdicare tyrannum, quod fit *dethronisatione.*

§. 205.

Princeps ob tyrannidem throno eiectus cessat esse imperans, non vero
30 propterea simul cessat esse persona in statu libertatis naturalis [187] posita. Populus excusso tyranni iugo cessat esse ipsi subiectus, ideoque respectu tyranni in statum libertatis naturalis revertitur.

Hinc si *tyrannus* et *populus libertatis suae vindex*, armis adversus se invicem contendunt; *hostes evadunt*, *bellum oritur*, et *ius populi*, bellum contra tyrannum
35 gerentis, *ex iure hostis iusti in iniustum est aestimandum.*

***7499.*** *μ? ρ? υ—χ? J 187. Zu § 206, 1 „obedientia mere passiva":*

Hobbesianismus

---

***7500.*** *ρ? J 189. Zu § 207, Absatz 1:*

Die obere Gewalt einer Parthey, es sey unter den Großen oder dem 5
Volk, die da usurpirt ist.

---

§. 206.

Quibus intellectis facile patet, adsentiendum non esse 1) *Machiavellistis*, qui opinantur, *populum erga principem teneri oboedientia mere passiva*, et *principi competere tale ius irresistibilitatis, ut populo suo iniuriam facere nullo modo queat*, 10
2) nec *Monarchomachis*, qui opinantur, *principem, ob iniustitiam contra subditos commissam, a populo posse puniri*. Et machiavellistarum sententia, MACHIAVELLISMUS et monarchomachorum, MONARCHOMACHISMUS, errorem continet; quod ex superioribus principiis conficitur, §. 103, 205.

[188] 1. *Machiavellistarum* antesignanus est Nicolaus MACHIAVELLUS, 15
cuius tractatus: *il principe*, 1515 primum editus, his principiis repletus est. Asseclas Machiavellus inter alios habet

Casparum SCIOPPIUM in *paedia politices* Romae 1623: cura Herm. CONRINGII recusa, Helmst. 1663. 4. et

Thomam HOBBESIUM, cuius *elementa philosophiae de Cive* et *Leviathanem* supra commemoravimus part. I. p. 45. 20

2. *Monarchomachorum* duces potissimum sunt

Georg. BUCHANANUS in *dialogo de Iure Regni apud Scotos*, qui primum prodiit Edimburgi 1580. 4.

Stephanus Iunius BRUTUS in *vindiciis contra tyrannos* seu *de principis in populum populique in principem legitima potestate*, cuius prima editio publicata 1580. 25

Ioh. BOUCHERIUS in tr. *de iusta Henrici III. abdicatione e Francorum regno*, Lugdun. 1591. 4.

Guilielmus REGINALDUS (William Rainolds) sub nomine Guilielmi ROSSAEI la[189]tens in libro: *de iusta Reip. Christianae in Reges impios et haereticos auctoritate*, Antverp. 1592. 8. 30

Ioh. MARIANA in tribus libris *de Rege et Regis institutione*, Toleti 1599.

Ioh. MILTONIUS in duplici *defensione Regicidii Caroli I.* Magnae Britanniae Regis, Lond. 1651. et 1654. conf. *Biblioth. Iuris imperantium* pag. 118 seqq. 35

§. 207.

In *aristocratia* si quidam optimatium, reliquis exclusis, summum imperium usurpant, talis aristocratiae status vocatur OLIGARCHIA (sensu malo, oligocratia, dynastia). In *democratia* vero quando sine ordine et per turbam omnia aguntur, talis democratiae status est OCHLOCRATIA. 40

*(Phase υ—χ? ψ³⁻⁴?)*: Despotismus ist der Privatwille des Souverains als Monarchen, so fern er dem allgemeinen eines Volks überhaupt abbruch thut.

Die Oligarchie ist der Privatwille im senat, der dem Allgemeinen
5 des Senats Abbruch thut. Ochlocratie ist eben das beym Volk.

*Ferner:* Imperium summum illimitatum est despoticum. (ᵍ Souverain). Qvod non curat pactum originarium, est Tyrannis. Summus imperans amens qvomodo tractandus.

---

Cum per oligarchiam maiestas collegii optimatium violetur, et per ochlo-
10 cratiam tranquillitas reipublicae popularis maxime perturbetur; singuli vero optimates subditi sint collegii supremi, §. 181, et singuli itidem e populo sint [190] subditi populi totius vel collegii popularis, §. 175: consequitur, ut *qui oligarchiam exercent*, vel *rempublicam in ochlocratiam coniciunt*, *fiant delinquentes*, §. 191, *rei criminis publici*, §. 192, laesae nimirum maiestatis aristocraticae vel popularis, atque
15 hinc a *collegio supremo aristocratico* vel *democratico puniri* iure meritoque *possint*.

## IUS PRIVATUM UNIVERSALE

in Iure Naturali exul.

§. 208.

1. Nunc progrediendum esset ad *Ius (Civile) Privatum Universale*, quod
20 complectitur iura atque obligationes naturales subditorum civilium erga se invicem, §. 87, potissimum eas, quae ipsis qua talibus tribuendae, hinc tradit leges naturales à subditis civilibus invicem naturaliter observandas, nexumque iuridicum inter eosdem intercedentem, atque officia eorundem civilia mutua explicat.

[191] 2. Et facili quidem negotio plures hic loci deducere possemus pro-
25 positiones, revocato in auxilium 1) Iure mere Naturali, 2) Iure Sociali Univ. 3) Iure Oeconomico Univ. et 4) Iure Civitatis Univ. in genere: quippe ex quarum disciplinarum principiis ad statum subditorum civilium applicatis derivantur plures leges privatae universales.

3. Verum enim vero si penitius hanc rem investigaveris, non difficulter
30 poteris convinci, *nihil novi determinatique iuris nec obligationis in* eiusmodi *Iure Privato universaliter adfirmari posse.*

4. Nimirum obligatio subditi civilis in consubditum est obligatio subditi civilis vel qua talis vel non qua talis. Posteriorem obligationem latiori paululum significatione appellare possumus NATURALEM; priorem vero strictiori sensu

CIVILEM OBLIGATIONEM, cuius correlata, *ius civile*, et *suum civile*, quid hoc sensu denotent, facile intelligitur.

[192] 5. Obligationes naturales iuraque naturalia subditorum civilium reciproca ad Ius Privatum Univ. proprie, quatenus nempe ab aliis Iuris Nat. speciebus discernitur, non pertinent: et si huc referantur, nihil tamen novi continent. 5
Atque eatenus Ius Privatum Univ. non esset nisi repetitio eorum, quae in superioribus Iuris Naturae disciplinis tradita fuere.

6. Quamobrem ut Ius Privatum Univ. specialem mereatur tractationem, necesse est ut ex principio: *subditus civilis consubdito cuique tribuat suum civile*, erui possint plures obligationes, quae stricte sunt civiles et universaliter validae. 10
Tales vero deduci posse, quae sint universaliter validae seu universales, equidem adhuc perspicere non possum.

7. Scilicet *obligatio* haec *civilis* generatim consistit in obligatione subditorum ad salutem consubditorum promovendam *mediante imperio civili*, §. 89, consequenter est obligatio ad faciendum, quidquid summus imperans subditis ad [193] salutem 15
consubditorum promovendam imperat. *Ut* itaque *ex hac obligatione generali* atque *indeterminata efficiatur* in certa civitate *obligatio* specialis, quae sit *civiliter valida*, ideoque quae dici possit certa et determinata; requiritur certus imperii civilis actus, quo haec obligatio imponitur, uno verbo *requiritur lex* imperantis *positiva*, §. 114. Et talis lex *actuat* obligationem subditorum erga se invicem civilem, 20
quae ante legem latam est *mere* tantum *possibilis*.

8. Ergo omnis obligatio civilis determinata est ex lege positiva, ideoque non dantur obligationes civiles determinatae universales, nec consequenter datur Ius Privatum Universale.

9. Observes velim, obligationem subditi in consubditum ad eius salutem 25
promovendam esse *obligationem ad finem*, qui finis generalis *pluribus mediis* obtineri potest. Ex istis variis mediis imperanti competit ius, hoc vel [194] illud determinandi tamquam medium. Per hanc demum determinationem, quae fit ab imperante civili mediante eius lege positiva, obligatio subditi in consubditum oritur determinata: ante legem civilem obligatio determinata non adest. 30

10. Immo cum obligatio subditorum civilis oriatur ex *pacto*, quo se sibi invicem obligant, ad communem salutem mutuo promovendam mediante imperio civili, hoc est *quatenus* ad hunc finem exstabunt *leges* imperantis *positivae;* nec ultra hunc consensum, ideoque non ultra leges positivas tenentur promovere mutuam salutem. Quapropter *omnes subditorum obligationes civiles determinatae* 35
*sunt obligationes positivae*, nullae dantur universales, *nullum datur Ius Privatum Universale.*

**7501.** *ψ. J 195. Zu „Iuris naturalis liber IV. Ius gentium universale“:*

1, Das Staatsrecht. (ius publicum civile) internum civitatis.
2, Das Recht der Staaten (ius gentium) externum civitatum.

---

5 **7502.** *ψ—ω? σ? ξ?? J 197. Zu § 210:*

Ob ein Volk den Krieg continuiren könne, wenn sein Souverain gefangen ist?

---

[195] IURIS NATURALIS
LIBER IV.
10 IUS GENTIUM UNIVERSALE.

§. 209.

Civitas libera respectu exterorum considerata, immo generalius omnis societatis libera maior et aeterna, quatenus ut una persona spectatur, GENS appellatur, §. 87. IUS GENTIUM UNIVERSALE (Naturale) est ius naturale applicatum 15 ad gentes erga se invicem, §. 97, Pr. Ergo Ius Gentium Universale docet leges naturales a gentibus erga invicem observandas, tradit iura atque obligationes, quae genti in gentem naturaliter competunt, explicat officia gentium mutuá naturalia, atque etiam iura maiestatica transeuntia, §. 104.

Inter scriptores, qui Ius Gentium Universale singularibus commentariis 20 explicuerunt, [196] eminet ZOUCHEUS 1), TEXTOR 2), GLAFEYUS 3), ICKSTADT 4), WOLFIUS 5) atque VATTELIUS 6).

1) Richardi ZOUCHEI *Iuris et Iudicii Fecialis* seu *Iuris inter Gentes et quaestionum de eodem explicatio*, Oxon. 1650, 4.

2) Ioh. Wolfgangi TEXTORIS *Synopsis Iuris Gentium*, Basil. 1680. 4.

25 3) Ad. Frid. GLAFEY's Völker-Recht nach dem Rechte der Vernunft betrachtet, 3te vermehrte Aufl. Nürnberg, Frankf. und Leipz. 1752. 4.

4) Ioh. Adami ICKSTADT *Elementa Iuris Gentium*, diss. resp. S. R. I. Comite CAROLO de COLLOREDO, Wirceburgi 1740, 4.

5) Christiani L. B. de WOLF *Ius Gentium* methodo scientifica per-30 tractatum, in quo *Ius Gentium Naturale* ab eo, quod *Voluntarii*, *Pactitii* et *Consuetudinarii* est, accurate distinguitur, Halae 1749. 4.

6) *Le Droit des Gens* par M. de VATTEL supra excitatus liber pag. 69.

[197] SECTIO I.
IUS GENTIUM UNIVERSALE
35 IN GENERE.

§. 210.

Cum gens sit 1) societas, et quidem 2) libera, §. praec.: quaelibet gens respectu alterius gentis est persona moralis degens in statu naturali, §. 16, conse-

quenter *plures gentes erga se invicem spectandae tamquam totidem personae liberae.* Quamobrem *gentes utuntur Iure mere Naturali*, hoc est gaudent iuribus et tenentur obligationibus, quae naturaliter competunt personis in statu libertatis naturalis positis, §. 16.

§. 211.

*Gentibus accensenda* est omnis *monarchia*, *aristocratia* et *democratia libera*, §. 110, et generalius omnis *societas libera maior* et *aeterna*, sive sit *despotica*, §. 37, seu *foederatarum rerumpublicarum* corpus, §. 190, immo etiam [198] certo modo omnis *respublica subordinata*, quatenus nempe non tamquam subordinata spectari potest. Quamobrem ad has societates maiores omnes Ius Gentium potest applicari vel in omnibus vel in quibusdam.

§. 212.

Quoniam porro *populus,* cui vi originis competit imperium publicum summum, §. 95, *gens est*, §. 209; praeterea autem quilibet *imperans summus* tum *civilis* tum *despota*, *monarcha*, *collegium optimatium* et *collegium populare*, immo et *rector civitatis gentem suam repraesentant*, quatenus ius populi habent translatum vel demandatum, §. 141, et hinc ipsis competunt iura maiestatica transeuntia nomine populi exercenda: consequitur, ut etiam *ad imperantes gentium* et *rectores civitatum* eatenus *applicari possit Ius Gentium.* Quod certo sensu etiam de imperantibus et rectoribus civitatum subordinatarum admittendum est, §. praec.

[199] §. 213.

Cum Ius Gentium Universale sit species Iuris Naturalis in genere et cospecies Iuris mere Naturalis; communia cum his disciplinis habet principia generaliora, ideoque *Ius Gentium Universale a Iure Naturali in genere et Iure mere Naturali quoad principia generaliora non differt.* Sed cum principia generaliora Iuris Naturalis in genere applicentur in iure mere Naturali ad singulos homines, in Iure Gentium Univ. ad integras gentes; homo vero et gens essentia, natura et statu differant; atque ex hac differentia plures diversae eliciantur conclusione: *Ius Gentium Universale* differt *a Iure Naturae in genere* et *a Iure mere Naturali subiecto speciali* et *conclusionibus.*

Ceterum Ius Naturale Gentium pariter atque Ius mere Naturale singulorum est *Ius necessarium*, *universale*, *immutabile* atque *aeternum*, §. 47, I.

[200] Sectio II.

## IUS GENTIUM UNIVERSALE ABSOLUTUM.

§. 214.

Quoniam gentes utuntur erga se invicem Iure mere Naturali, §. 210; cuilibet *genti ius competit in sui* qua personae *conservationem* et *in actiones suas iustas,*

§. 64, I. Quamobrem *omnium gentium*, si per se seu in statu originario spectantur, *eadem sunt iura*, *eaedem obligationes*, §. 69, I; ideoque *omnes aequales*, ita ut nulli plus iuris quam alteri, §. 70, I; 71, I, multo minus imperium in alterum competat, §. 75, I; omnes sunt *liberae* et a se invicem independentes, §. 77, I;
5 *iure sese perficiendi et adquirendi*, §. 81, I, ut et *iure bonae existimationis instructae*, §. 97, I; 98, I.; *nec sibi invicem tenentur nisi obligationibus negativis*, *nec* igitur *ipsis reciproce competunt nisi iura negativa*, §. 82, I.

[201] §. 215.

Quoniam gens ex pluribus familiis aliisque personis pacto unionis civilis
10 consociatis composita est, §. 89, 91; *ad conservationem gentis pertinet* tum *conservatio universorum* et *singulorum civitatis membrorum*, tum ipsa etiam *unionis civilis perduratio*.

Quamobrem *genti vi iuris in sui conservationem*, §. 214, *ius competit* 1) *in conservationem singulorum et omnium civitatis suae membrorum*, *summi imperantis* et *sub-*
15 *ditorum*, *familiarum* aliarumque *societatum* et *universitatum civilium;* hinc ius ad *protegendum ipsorum vitam*, *corpus*, *res iuraque* quaelibet; 2) *in perdurationem unionis civilis*, *formae reipublicae*, *legum fundamentalium*, totiusque *nexus iurium* ac *obligationum*, qui *imperantem inter et subditos*, atque *inter subditos mutuo intercedit*. Atque *hoc ius gentis* respectu gentis alius est *simul obligatorium* respectu sui ip-
20 sius; quoniam derivatur ex pacto unionis, quo universi singulis tenentur tum ad eos protegendos, §. 91, [202] tum ad tuendam unionis civilis perpetuitatem, §. 90.

§. 216.

Vi huius in sui conservationem iuris *genti* etiam *competit ius*, omne *periculum interitus a se avertendi*, §. 270, I. Interitus vero gentis non tantum in
25 interitu omnium vel plurimorum saltem civium, sed etiam in sublata unione civili consistit, §. 215.

§. 217.

Immo si *gens conicitur in statum extraordinarium*, quo sine neglectione officii alteri genti debiti interitum evitare nequit; *genti competit favor necessitatis*, §. 145, Pr.
30 Quare *gens obligationi suae erga aliam potest non satisfacere in casu necessitatis*, si nempe aliud evitandi interitus medium non suppetit, §. 143, Pr., hinc in eum finem, ut ne omnes vel plurimi cives pereant, aut ne omnis unio civilis dissolvatur, §. 216.

[203] §. 218.

35 Quoniam gens est persona libera, §. 209, et ius habet tuendi iura civium suorum, §. 215; *ius competit genti non patiendi*, 1) *ut gens alia se suo regimini negotiisque publicis immisceat* 2) *ut cives et subditi sui in actionibus* suis *iustis* et *negotiis privatis turbentur* vel *impediantur*. Atque ita intelligitur, actionibus gentis iustis non solum negotia gentis publica, sed etiam singulorum actiones iustas

et negotia privata posse accenseri. Estque porro hoc ius gentis circa negotia sua publica et civium suorum privata eo fortius, quod innitatur obligationi universorum erga singulos ad tuendā singulorum iura civitatisque libertatem, §. 215.

§. 219.

Et quia vi libertatis naturalis gens independens est ab imperio alterius, §. 214: *exulat inter gentes superior*, *oboedientia*, *iudex*, *iurisdictio*, *poena*: et *nefas est genti*, *aliam habere pro serva.*

[204] §. 220.

Quoniam porro genti competit *ius existimationis* bonae, et gentes existimatione *aequales* sunt, §. 214; *nulla gens honorem aut praecedentiam ab altera exigere potest*, §. 101, I. Nec *ad ius praecedentiae stabiliendum potentia maior*, *virtus insignior*, *artium* et *scientiarum cultura potior*, *religio purior*, *forma civitatis excellentior*, *respublica antiquior*, *maiestas* ex populorum aut regnorum pluralitate *multiplicata*, *honor ab aliis gentibus exhibitus* eminentior, et id genus reliqua aliquid *valent.* *Competit genti* etiam *ius tuendi existimationem bonam singulorum suorum civium*, §. 215.

§. 221.

Cum imperantes publici, quibus delatum imperium, gentem suam repraesentent, §. 214; quilibet *imperans imperantem alterius civitatis spectare debet tamquam sibi aequalem*, sicut in reliquis iuribus ita et quoad existimationem. Si quis igitur verbis vel factis contrarium declarat, consequenter si facit, quod in comtemp[205]tum vel contumeliam imperantis alterius civitatis vergit; iniuriam infert imperanti eiusque genti.

§. 222.

Ergo *si gens* quaedam *imperanti suo peculiarem titulum tribuit*, quod cuilibet vi libertatis naturalis pro lubitu licet; *eundem* tamen *titulum ut et aliae gentes ipsi tribuant*, *exigere nequit.* Si vero id pactione impetrat ab altera gente, ut talis titulus tribuatur, pacto standum.

§. 223.

Denique cum genti ius competat, quatenus sine iniuria alterius fieri potest, sese perficiendi atque ius adquirendi, §. 214; *ius ipsi* etiam est, *potentiam suam augendi*, ideoque ius ad ea omnia, quibus potentiam suam citra alterius gentis iniuriam augere potest; im[206]mo etiam *ius* singulos *cives suos protegendi in iis negotiis*, *quibus adquirere sibi et comparare*, *quaecumque ad vitae sufficientiam pertinent*, *modis naturaliter licitis student*, §. 215.

[207] SECTIO III.

## IUS GENTIUM UNIVERSALE HYPOTHETICUM.

TITULUS I.

### DE DOMINIO ET IURE TERRITORIALI GENTIS.

§. 224.

Cum genti competant iura personae liberae, §. 210; *gens rerum suarum* naturaliter *domina est*, §. 137, I, *habetque ius, earundem accessoria sibi propria habendi*, §. 149, I, ut et *res nullius occupando*, §. 113, I, et *alienum pacto adquirendi*, §. 168, I et §. 19.

§. 225.

*Genti* itaque vi dominii, quod in res suas habet, *ius proprium competit*, 1) *rebus suis utendi fruendi*, 2) *de iis pro lubitu disponendi*, 3) *easque possidendi;* consequenter etiam *ius, quamlibet aliam gentem a rerum suarum* [208] *usu quocumque, dispositione, detentione et possessione excludendi*, §. 143, I; 144, I.

Rebus vero, quae genti sunt propriae, non tantum accensendae sunt res, quae ad universos pertinent; sed etiam certo modo res singulorum civium, consequenter eae res omnes, quae sunt in patrimonio vel summi imperantis, vel certarum societatum civilium, vel singulorum subditorum. Cum enim universi singulorum res ad salutem publicam promovendam dirigere, §. 106, ideoque iis certo modo uti, de iisque disponere cum exterorum exclusione possint, dominiumque etiam eminens in res singulorum habeant, §. 146; praetereaque teneantur ad tuenda singulorum iura, §. 215; atque hinc genti ius competat non patiendi, ut aliquis civium suorum in exercitio dominii ab alia gente impediatur, consequenter etiam ius excludendi gentem alteram ab harum rerum usu, dispositione et possessione: res singulorum certo modo esse *res gentis* negari non potest, atque eatenus *genti in res singulorum* [209] *civium competit, respectu aliarum gentium, dominium.*

§. 226.

Hinc et ea orbis terrarum *regio, quam ab origine inhabitat gens quaedam, cum iis, quae in ea sunt*, consequenter regio, in qua originarie imperium habet, hoc est *territorium gentis*, §. 106, est in gentis dominio, §. 225.

Unde colligitur, 1) *nullam gentem intrare alterius territorium*, vel per illud *transire*, aut in eo *commorari*, aut *utilitatem quandam*, etiamsi innoxia fuerit, *ex eo capere posse, nisi consentiente ea gente, quae territorii domina est;* 2) hinc *a voluntate gentis dependere, sub quibus condicionibus exteris permittere velit transitum* per territorium suum, *commorationem* in eodem *usumve eiusdem quemlibet;* 3) ei, cui

competit imperium publicum in territorio, competere etiam eius dominium, seu *imperantem civilem esse dominum territorii.*

[210] §. 227.

Quoniam gens locis vacuis, territorio suo inclusis, uti cum exclusione exterorum physice et legaliter, §. 108, I, potest; talium locorum dominium, si vult, habebit, §. 112, I, consequenter et in iisdem imperium exercere poterit. Iam vero de hac gentis voluntate dubitari non potest, cum maxime eiusdem intersit, ut nullus locus intra territorii sui limites reperiatur, in quo respectu exterorum ipsi non competat dominium atque imperium. Quamobrem si civitas coalescit ita, ut in certa regione tamquam sede gentis stabili oriatur territorium, intra cuius limites loca vacua reperiuntur inclusa: *loca talia vacua, eaque, quae in iis sunt, intelliguntur gentis dominio et imperio subiecta*, ideoque *spectanda eiusmodi loca tamquam a gente occupata*, §. 113, I. Ergo hoc sensu *quidquid est in territorio, est de territorio* (quatenus fieri potest), ideoque *de territorio esse praesumitur, donec de veritate contrarii constiterit.*

[211] §. 228.

*Gens*, qua domina territorii sui, adquirit etiam accessoria *iure accessionis*, §. 224, ideoque *ipso iure fit domina fructuum* territorii *naturalium* atque *industrialium*, ut et *accessorium fortuitorum*, §. 151, I et 153, I. Immo gens etiam *res alienas, quae territorio suo accedunt, adquirere potest iure accessionis putativae*, ex. gr. res iactas et naufragas; *restituendas* tamen vero harum rerum *domino, simul atque genti factus fuerit cognitus*, §. 155, I.

§. 229.

Quoniam gentis maximopere interest, ut nemo reperiatur in eius territorio, qui summo imperio non sit subiectus, et a gentis voluntate dependet, sub quibus condicionibus peregrino permittere velit, ut transeat per territorium vel in eo commoretur, §. 226: *gens peregrinis transitum per territorium suum et commorationem in eo aliter permittere* (salva lege naturali et declaratione in contrarium), *non intelligitur, quam* [212] *ut imperio et legibus territorialibus subsint peregrini, quamdiu in territorio versantur vel commorantur.* Ergo *quisquis est in territorio, est sub territorio*, hoc est subiectus est imperio domini territorialis, et peregrini sunt subditi temporarii, quoad scilicet in territorio commorantur; consequenter *quicumque est in territorio, sub territorio esse praesumitur, donec contrarium vrobetur.*

1. Frider. Guil. Pestel diss. *iustitia et benignitas legum Germanicorum erga peregrinos examinata*, Rintel. 1754.

§. 230.

Ex dictis igitur liquet, *territorium* non tantum comprehendere terras et loca, quae a gente actu inhabitantur; sed etiam ad territorium (quoad eius fieri potest), pertinere, quidquid intra limites horum locorum continetur, totum terrarum

et aquarum tractum; quidquid super et subter hunc tractum reperitur, totam *regionem;* quidquid vel *naturae beneficio* in eo existit aut [213] nascitur, ut silvas, montes, prata, inculta etiam et deserta loca, rivos, flumina, lacus, paludes, maria, cum accessoriis, velut brutis, feris, avibus, metallis, mineralibus, terrae fructibus, 5 piscibus, cet.; vel quidquid hominum *industria* in territorio produxit, ut sunt agri, horti, vineae, aedificia, vici, castella, urbes cet.; vel quae *casu* intra territorium nata aut in illud delata fuerint.

§. 231.

Quoniam porro genti competit ius occupandi, §. 224; *gens rerum a se occu-* 10 *patarum dominium adquirit:* modo res sit 1) physice apprehensibilis, 2) nullius, et 3) actu apprehensa eo animo, ut sibi fiat propria, §. 114, 115, I.

Quod ad primum attinet, cum gentis maior sit potentia quam singulorum; *maior* etiam *terrae tractus et plures res simul a* gente, quam quidem a singulis privatis occupari possunt. *Oceanus* tamen *manebit res nullius,* et hinc *liber* (ab 15 imperio alicuius gentis), *quoad unius* [214] *gentis ad reliquas omnes excludendas non sufficiet potentia.*

Ex altero patet, *terram ab alio populo inhabitatam occupari non posse;* licet iste populus sit rudis et incultus, sine legibus et regimine civili, omnis de Divinitate cognitionis moralitatisque expers, qui per ignorantiam atque barbariem 20 suam fertilissimo solo bonisque aliis quam pluribus uti nesciat, ideoque bona sua usibus generis humani subtrahat.

Ex ultimo elucet, *non solo animo, sed corpore simul perfici occupationem.* Si igitur gens declarat, se ex. gr. quendam terrae incultae tractum occupare velle, alia vero gens postea prior fuerit apprehensione; hanc occupavisse non illam, 25 in aprico est. Ergo etiam *quantum gens* quaedam *manifestis signis occupavit, tantum dumtaxat adquisivit.*

* De *libertate* vel *imperio maris* multa est controversia.

1. *Libertatem maris* adstruit Hugo Grotius in diss. *mare liberum,* s. de *iure, quod* [215] *Batavis competit ad commercia Indica,* cuius prima editio 30 sine auctoris nomine prodiit Lugd. Batav. 1609. 8. Ad sectatores Grotii pertinent Ioh. Isaac Pontanus, Theodor. Graswinckel, Ioh. Groeningius aliique.

2. *Imperium maris* defendit.

Ioh. Seldenus in opere: *mare clausum* s. de *dominio maris* libri duo, 35 primum editi Londini 1636. 12. Seldeni sententiam sequuntur auctores varii *Angli, Lusitani, Italici, Germani.*

Conf. Ioach. Hagemeieri syllogen *dissertationum de imperio maris,* Francof. 1663. 12.

3. *Mediae* inter utramque *sententiae* favet Theodor. Grauer in diss. 40 *de mari natura libero pactis clauso,* Traiect. ad Rhen. 1728.

***7503.*** *ψ? υ—φ? J 217. Zu § 234 Schluss:*
non in bonis civium.

---

Conf. de scriptoribus Iuris Maritimi.
Ioh. Alb. Fabricii *Hydrotheologie* (Hamb. 1734. 8.), pag. 243 seqq.

[216] §. 232.

Cum res occupata transeat in dominium occupantis, qui omnia pro lubitu iura in rem suam exercere potest, §. 136, I, *gens* etiam *in occupato loco*, veluti insula vel parte maris, terrae adiacentis, exercere imperium potest, immo *imperium exercere velle intelligitur*, §. 227, ideoque *locus a gente occupatus fit pars territorii sui*, §. 226.

§. 233.

*Si gens locum quendam dominio suo subiectum*, ex. gr. insulam hactenus inhabitatam *derelinquit; talis locus cessat esse res sua*, et consequenter etiam *desinit esse pars territorii gentis derelinquentis*, *evaditque res nullius*, *cuilibet occupanti patens*, et *si occupatur ab alia gente*, *huius dominio et iuri territoriali subicitur*, §. 159, I et §. 232.

*Praesumpta* vero *derelictio* cum revera sit ficta, neque ideo efficiat, ut is, contra quem praesumitur, ius suum amittat, §. 166, I, *praescriptio* in iure Gentium exulat, §. 241, I.

[217] 1. Oppositae sententiae suffragatur Io. Guolfg. Kippingius in commentatione *de usucapione Iuris Publici*, Helmst. 1738. 4.

§. 234.

Denique cum quilibet de re sua disponere pro lubitu possit, §. 143, I; *genti* etiam *ius competit*, *genti alteri* vel *eius civibus ius quoddam constituere in territorio suo*, hinc partem territorii *oppignerare*, vel *servitutem* in territorio suo *constituere.*

1. Nic. Hieron. Gundlingii schediasma *de iure oppignorati territorii secundum Ius Gentium et Teutonicum*, Vitemb. et Lips. 1741. 4.

2. Ioh. Henr. Feltzii diss. *de iuris Publici servitutibus*, s. *de iuribus in alieno territorio*, Argentor. 1701. recus. 1737.

3. Christoph, Ioh. Conr. Engelbrechti commentatio *de servitutibus iuris Publici*, Helmst. 1715. 4. et *cum praef.* Chr. G. Buderi, Lips. 1739. 4.

[218] Titulus II.

## DE IURE PACTORUM PUBLICORUM.

§. 235.

*Genti competit ius paciscendi*, et *paciscendo* tum *adquirendi* tum *alienandi* et *sese obligandi*, §. 168, I. 169, I, consequenter etiam pacta cum alia gente, hoc

**7504.** *ψ? χ? J 220. Zu § 238 „Sponsio“:*
Anheischigmachung

---

est *pacta publica*, §. 142, *sanciendi*. Referenda tamen *ad pacta gentis* etiam *pacta singulorum* suorum *civium privata*, cum alia gente vel etiam cum privatis alterius gentis qua talibus sancita, quatenus universi tenentur singulis ad tuenda eorum iura, §. 91 et 215, ideoque etiam iura pacto quaesita, erga exteros: unde quoque ad idem ipsis ius competit. Cui iuri unius gentis respondet *obligatio* alterius *gentis non permittendi, ut aliquis civium suorum fidem exteris datam fallat; quin potius efficiendi*, ut *quisque e populo obligationi suae erga exterum contractae, quantum fieri potest, satisfaciat.*

[219] §. 236.

Quatenus *imperans civilis*, cui delatum imperium, et speciatim *princeps ius gentis suae* seu populi *habet*, *pactum imperantis publici*, qua talis, non tantum ad conventiones gentis, sed etiam ad *conventiones publicas est referendum*; quippe ad iura maiestatica etiam ius pactorum publicorum pertinet, §. 142: ideoque eatenus *ex promisso imperantis sui gens obligatur*, et ex eius *acceptatione gens adquirit.*

§. 237.

*Quodsi* vero *princeps*, *qui* vi legis fundamentalis *sine consensu populi pacta publica sancire nequit*, *eo deficiente pactum cum alia gente nomine gentis suae sancit*, eiusmodi *conventio principis*, qua publica, hoc est quoad civitatem suam concernit, est invalida, §. 167, I, et quatenus inde gentem suam obligare intendit, *vitiosa*, §. 181, I, *nec* consequenter *nisi ratihabitione populi sui*, vel quibus id ius a populo concessum, *valida fieri potest*, §. 175, I. *not.*

[220] 1. Henr. Bodini diss. *de contractibus summarum Potestatum* 1696. recus. Hal. 1748.

2. Georg. Ad. Struvii diss. *de contractibus Principum.* rec. Ien. 1745.

3. Henr. Andr. Waltheri diss. *de contractibus summorum Imperantium*, Giessae 1728.

§. 238.

Sponsio (publica) est pactum, quo quis nomine gentis genti alii aliquid promittit, qui hoc iure munitus non est. *Sponsio* itaque *respectu eius gentis, cuius nomine initur, vim pacti non habet, nisi ab ipsa ratihabeatur. Pacta principis, de quibus* §. *praec.* diximus, *merae sponsiones sunt.*

1. Christ. Thomasii diss. *de sponsione Romanorum Caudina.* Lips. 1684. et in Eiusd. diss. Lips. (1695, 4.) diss. 6. p. 428.

2. *Eiusdem* diss. *de sponsione Romanorum Numantina*, Lips. 1688. et in diss. Lips. diss. 14. p. 976.

***7505.*** *$\psi$? $v$—$\chi$? J 221. Zu § 239 „pacta publica sancta sunt“:*
weil kein richter ist als der innere.

Wenn der andre sich nur auf mein Gewissen verläßt, so ist die Anheischigmachung heilig.

---

***3*** mein? *wohl verschrieben für „sein“.* 5

---

[221] §. 239.

Sanctum *Iure gentium* vocatur id, cuius violatio publicae vel communi gentium saluti adversatur maiori gradu. Cum igitur gentium maxime intersit, ut pacta publica, quippe quae boni publici ergo percutiuntur, non violentur: *pacta publica sancta sunt*, et hinc *fides*, §. 184, I, *publica gentibus sancte habenda.* 10

1. Gottl. Sam. Treuer *de auctoritate et fide Gentium atque Rerumpublicarum* commentatio, Lips. 1747. 4.

2. Corn. van Bynkershoek *de servando fide pactorum publicorum*, et *an quae eorum tacitae exceptiones?* in Eiusd. *Quaest. Iur. Publici* part. II. cap. 10. p. 251. 15

§. 240.

Cum gens sit corpus aeternum, §. 90; *gens manet eadem persona moralis* respectu exterorum, *licet mutetur rector civitatis*, vel *reipublicae forma*, vel *modus exercendi* aut *habendi imperium publicum* cet. Quamobrem [222] *iura et obligationes gentis ex pacto publico adquisitae per se spectatae non exstinguuntur morte regis*, aut 20 *mutata reipublicae forma*, vel *mutato modo imperandi* cet. Hanc ob rationem *conventiones publicae* ipsae vocantur *aeternae* (perpetuae, Grotio *reales* dictae), atque ideo *conventiones publicae naturaliter sunt aeternae:* ita ut non solum gentem et principem praesentem, sed simul quoque omnem gentis posteritatem omnesque principis successores obligent, ideoque et in hos quoque ius ex pacto publico 25 quaesitum transeat.

*Potest tamen conventio publica ex consensu gentium* paciscentium expresso vel tacito *esse temporaria*, quo et referendum *pactum publicum principis personale* hoc est, ex quo principi ius vel obligatio non transmissibilis adquiritur; quemadmodum et *conventio* talis *dissensu mutuo tolli*, et hinc *iura* et *obligationes mutuo* 30 *adquisitae extingui pro lubitu possunt*, §. 252, I.

[223] §. 241.

Quoniam foedus est pactum gentium, quo societatem ineunt, §. 142; *foedera continent praestationes non-transitorias*, §. 1, sive in perpetuum seu ad certum dumtaxat tempus duraturas, unde *foedera* vel *aeterna* vel *temporaria* sunt. 35

**7506.** *ψ? χ? ρ? J 223. Zu § 242 „Foedus inaequale“:* Bund und Bündnis.

§. 242.

FOEDUS INAEQUALE est foedus aeternum, quod cum imminutione summi
5 imperii aut libertatis naturalis alterutrius gentium foederatarum est coniunctum; quod minus, AEQUALE est. Etenim *gentes foedus inaequale pangentes fiunt inaequales dignitate*, unde etiam gens cuius imperium vel libertas vi foederis pacti imminuitur, vocatur *pars minus digna*, altera ex adverso *pars dignior. Gentes* vero *aequali foedere iunctae manent aequales.*

10 1. G. Adolph. SCHUBERTHI diss. *de foederibus inaequalibus*, Lips. 1715.

[224] §. 243.

Pactis publicis et foederibus accedere in maius robur possunt iuramenta et variae cautiones, §. 224, I; pactis gentium speciatim *guarantia* caveri solet. Est vero inter gentes GUARANTIA (Guaranda) conventio publica, qua gens genti
15 promittit auxilium bellicum in securitatem a laesione, forte ab alia gente metuenda; ideoque auxilium contra eum, qui ipsi ius quoddam auferre conabitur. Hinc etiam in securitatem promissionis publicae adimplendae guarantia sanciri, tamquam conventio accessoria, potest. Pactum guarantia munitum, seu quod servatum iri guarantia cautum est, vocatur PACTUM GUARANTICIATUM.

20 1. Fr. Lud. WALDNER de FREUDENSTEIN diss. *de firmamentis conventionum publicarum*, Giess. 1753.

§. 244.

*Guarantia* igitur *a fideiussione* pro gente alia *differt*, quippe qua promittitur, a se praesti[225]tum iri id, quod gens altera debet, nisi id ipsa praestiterit,
25 §. 228, I. *Fideiussor* itaque *ad plus tenetur quam guarandus.* Et cum nemo alteri ius suum auferre possit; *guarantia non intelligitur praestita nisi salvo iure tertii.*

1. Ioh. Cho. Wilh. STECK diss. *de guarantia pactorum religionis ergo percussorum*, Hal. 1756.

§. 245.

30 OBSES est persona, quae traditur in securitatem debiti, scilicet pactum servatum vel debitum praestitum iri. Itaque ut conventiones publicae adimpleantur, etiam datis obsidibus caveri potest, §. 243. Nimirum *qui obsidem accepit, ius nanciscitur, eum retinendi, donec praestitum fuerit, quod debetur; ideoque* etiam *ius, ipsum tamdiu custodiendi, quantum sufficit, ne aufugere possit.*

35 1. Chi. Ferdin. HARPPRECHT diss. *de iure in Rempublicam obsides deserentem*, Tubing. 1749.

***7507.*** *ψ? υ—φ? J 226. Zu § 246, 1 „mandatarius“:*

mandatarius in iure personalissimo.

*Ferner:* Also wegen Krieg und Frieden Grentzen, Alliantzen. Denn dieses recht kann kein souverain einem andern cediren, aber nicht wegen des rechts auf irgend einen Theil der Handlung etc. 5

---

[226] TITULUS III.

De

## IURE LEGATIONUM.

*Scriptores* de iure legationum *enumerantur* a BARBEYRACIO in *praefatione* ad versionem Gallicam tr. BYNKERSHOEKII *de foro legatorum* 10 adiectam nov. edit. tr. WICQUEFORTII *de l' Ambassadeur* (Amsterd. 1746. 4.) tom. II; et a MEISTERO in *Bibl. Iur. Nat.* part. II. p. 2 seqq.

§. 246.

LEGATUS (orator) est persona, a gente, cui paret, ad aliam gentem negotii publici tractandi causa missa, §. 143. Legatus igitur est 1) *mandatarius* 15 *gentis mittentis*, et consequenter intuitu negotii sibi demandati *gentem suam* qua mandantem *repraesentat*, §. 221, I: qui status legati, quatenus nimirum gentem mittentem repraesentat, vocatur eius CHARACTER REPRAESENTATIVUS (repraesentaticius). Legatus 2) est *officialis gentis mittentis publicus*, ideoque qua legatus non suo, sed alieno nomine et dependenter a gente sua agit, §. 121. 20

[227] §. 247.

Legatus cum sit gentis mittentis mandatarius, §. *praec.;* quoad negotium publicum sibi commissum iisdem iuribus fruitur, iisdemque obligationibus tenetur, quibus muniretur et adstringeretur gens mittens, si ipsa negotium exsecutura fuisset, tum respectu gentis, ad quam mittitur, tum etiam intuitu tertiae 25 gentis cuiuslibet, §. 222, I. Atque hoc sensu affirmari potest, *characterem repraesentativum legati per universum extendi terrarum orbem.*

1. Henr. COCCEII diss. *de repraesentativa legatorum qualitate*, Heidelb. 1680.

2. Ioh. Eberh. ROESLERI diss. *de iuribus legatorum ex Iurisprudentia* 30 *Naturali demonstratis*, Tubing. 1713.

***7508.*** *ψ? υ—χ? J 228. Zu § 248 „legatum admittere“:*
item qvo titulo et charactere vestitum velit admittere.

---

***7509.*** *ψ? J 230. Zu § 251 „Ius commeatus“:*
Passeport

---

5 §. 248.

Quoniam a natura res est merae facultatis, et cuiuslibet arbitrio vi libertatis naturalis relinquenda, utrum sui copiam aliis facere, petentem audire, cum alio colloqui, deliberationes agere, negotia tractare, pacisci cet. velit, §. 80, I, [228] *nobis naturaliter ius non est vi exigendi, nec* ideo *ulli incumbit obligatio patiendi,* 10 *ut ipsi desideria nostra exponamus, vel ab eo aliquid petamus; nisi quatenus nobis aliud remedium ad ius nostrum tuendum non suppetit,* cuiusmodi exemplum exstat, §. 135, I et §. 289, I.

Quamobrem *naturaliter* etiam *a voluntate gentis* dependet, *utrum velit vel nolit* LEGATUM sibi missum ADMITTERE, hoc est ei facultatem concedere, exponendi 15 ipsi negotium sibi demandatum. Hinc *si legatum recusat, genti mittenti iniuriam non infert, nec ipsi rationes reddere recusationis tenetur,* §. 80, I.

§. 249.

Et cum gens territorii sui domina sit, §. 226; *naturaliter* etiam *a voluntate gentis dependet, utrum legatum,* sive ad se seu aliam gentem missum, *a territorio* 20 *suo arcere, an ipsi aditum, commorationem et transitum concedere velit,* §. 226.

Quamobrem *obligatio gentis ad legatum alius gentis admittendum, ipsive transitum* et *com*[229]*morationem in territorio suo concedendum, naturaliter* ex eius demum consensu, ideoque *ex pacto est repetenda.* Unde simul patet, *gentem legato* alterius gentis *modum et condiciones praescribere posse, sub quibus ipsum admissionem* 25 *vel transitum ipsi concedere velit,* §. 226.

§. 250.

LITTERAE CREDENTIALES sunt, quas gens mittens dat legato ad eam, ad quam mittitur, et in quibus eum legatum suum apud eandem gentem declarat. *Legatus litteris credentialibus instructus esse debet, quatenus genti aliter de* 30 *voluntate mittendis constare non posset. Traditis et acceptis litteris credentialibus gens obligatur, legatum sibi missum agnoscere qua talem,* hoc est qua mandatarium et repraesentantem gentis mittentis, §. 246. Et cum acceptando hasce litteras gens in admissionem legati sibi missi consentiat; *acceptatis litteris credentialibus legato competit ius in admissionem.*

35 [230] §. 251.

IUS COMMEATUS est ius secure hinc inde eundi, et LITTERAE LIBERI COMMEATUS sunt, quibus ius commeatus alicui conceditur. Quoniam gens

**7510.** *ψ? J 231. Zu § 253, Absatz 2 „una cum comitatu“:*
Suite

---

quaevis territorii sui est domina; *legatus transire per territorium alterius gentis ibidemque commorari sine concessione eiusdem nequit*, §. 249. *Datis* vero *a gente et acceptatis a legato vel gente mittente litteris liberi commeatus ad hoc ipsi ius est* 5
vi pacti.

1. Diss. mea *de transitu et admissione legati ex pacto repetendis*, Gottingae 1748.

§. 252.

Cum ius in finem simul contineat ius in media, modo per se non fuerint 10
illicita; *legato, cui conceditur admissio negotiique publici tractatio*, simul *ius confertur in omnia, ad negotium publicum tractandum necessaria. Cui iure respondet gentis, ad quam legatus mittitur, obligatio*, 1) *ad non impediendum legatum in iis, sine quibus negotium publicum tractare non potest*, 2) ad non permittendum, ut in his ab alio quodam in ter[231]ritorio suo impediatur, ideoque *ad ipsum protegendum*, §. 102. 15

§. 253.

*Legato* vi mandati *ius competit, nomine* iure *gentis suae*, ideoque, cum gens sit libera, *independenter ab alia gente peragendi negotium sibi demandatum*. In quod cum consentiat *gens legatum admittens*, §. 248.; *consentire* etiam *intelligitur, ut legato competat ius ab ipsa independens in omnia, sine quibus hoc officio fungi nequit*, 20
*atque in omnes actus ad negotium publicum* sive directe sive indirecte tantum *spectantes*. Quamobrem *legatus admissus, quoad negotium publicum sibi demandatum*, et *quoad omnia, sine quibus hoc negotium gerere nequit*, et *quoad omnes actus huc spectantes, imperio et iuri territoriali gentis, ad quam est missus, naturaliter subiectus non est*. 25

Atque eatenus *legatus admissus* una *cum* COMITATU, hoc est personis, quarum ministerio utitur in obeunda legatione, *cum suppellectile* atque *vasis* seu rebus suis, atque *cum aedibus*, [232] quas inhabitat; *iure peregrini privati, et* consequenter *iure subditi temporarii haberi nequit*, §. 229; quin potius *ipsi competit* quaedam immunitas seu *exemptio a iure territoriali gentis, ad quam missus est*, 30
quod ius vocari suevit EXTERRITORIALITAS, *quanta* nempe *cum iure gentis in sui conservationem* et *securitatem publicam, cui gens neutiquam renuntiat, consistere potest*.

§. 254.

Pari ratione *si gens legato transitum concedit; consentire* simul *intelligitur, ut* 35
*legatus* quoad ea, quae ad negotium publicum sibi demandatum spectant, *cum comitatu* et *vasis* et *hospitio* sit immunis ab imperio et iure territoriali suo, ideoque ut *eatenus sit exterritorialis*, §. 253.

***7511.*** *ψ—ω? J 233. Zu § 256 „a iurisdictione — est immunis“:*

non [contra] in praeiudicium legum gentis ubi commoratur.

---

---

§. 255.

Cum vero genti cuilibet integrum sit, condiciones praescribere legato, sub quibus admissionem ipsi et transitum permittere velit, §. 249; [233] *legatus condicionibus, admissioni vel litteris liberi commeatus adiectis, iisque, quae tamquam tacitae subintelliguntur, adstringitur.* Atque ita patet *modus quo exterritorialitas legati restringi imminuique potest.*

§. 256.

*Si legatus laeditur, gens mittens* ipsa *intelligitur laedi in persona legati*, non tantum qua subditi sui, §. 246, sed simul etiam qua mandatarii sui et officialis publici, negotium maiestaticum nomine et iure gentis administrantis, §. 246, 120. Unde liquet, legato competere *inviolabilitatem* eminentiori gradu et *sanctitatem* (sanctimoniam), §. 239: quae sanctimonia ipsi speciatim solet tribui, quatenus a iurisdictione alterius gentis est immunis, §. 253.

1. Ioh. Schleussingii diss. *de legatorum inviolabilitate*, Lips. 1690. rec. Vitemb. 1743.

2. Observationes duae, quarum altera *de inviolabilitate legatorum in genere*, altera *de eodem iure in specie* agit, in *Observatt. Halens.* tom. IX. p. 272—355.

[234] 3. Ioh. Laur. Fleischeri diss. *de iuribus et iudice competente legatorum*, Hal. 1724.

§. 257.

Cum vero ad ignorata nemo teneatur; *antequam innotescat* genti, *hanc personam*, quae in territorio suo degit, *esse legatum, ipsum exterritorialem et sanctum* stricto sensu *habere non obligatur, sed potius iure privati peregrini*, consequenter *tamquam subditum temporarium spectare potest*, §. 229.

§. 258.

Quoniam quidquid legatus qua mandatarius gentis mittentis agit, id ipsa gens mittens agere intelligitur, §. 247: *pactum legati, vi mandati sui cum gente alia percussum, est conventio publica*, §. 142; consequenter *quidquid* tali pacto *legatus nomine gentis suae promittit, ad illud praestandum gens mittens obligatur*, et *quidquid* contra *nomine gentis suae acceptat, id gens mittens adquirit*, §. 222, I.

***7512.*** *κ—λ? J 235. Zu § 260 „repressaliae“:*
propria non sunt hostilitates, si maneant intra limites damni refarciendi.

---

***7513.*** *κ—μ? J 236. Zu § 261 „eodem et ego erga illum utor“:*
perdurabiliter 5

---

***7514.*** *κ—μ? J 237. Zu § 261 „retorsio iuris iniqui“:*
Zölle betracten.

---

[235] IURIS GENTIUM UNIVERSALIS.

Sectio IV.

# IUS BELLI GENTIUM. 10

§. 259.

*Genti laesae in gentem laedentem competit ius violentiae*, §. 259, I et 210. Laeditur vero gens a gente non tantum, 1) si ius, quod immediate ad universam gentem pertinet, ab altera gente universa violatur; sed etiam 2) si gens universa singulo alterius gentis membro suum non tribuit, §. 215; immo etiam 3) 15 si singulus quidam e gente singulum alterius gentis civem laedit, quatenus genti factum civis sui imputari potest velut approbando vel ratihabendo, §. 31, Pr.

§. 260.

Actus, quibus certae tantum personae, vel certa tantum bona gentis ab altera gente, resarciendi damni causa, capiuntur vel detinentur, vocantur REPRESSALIAE. 20 Speciatim vero captura et detentio certarum personarum alterius gentis eo fine a gente facta, ut ista de [236] iure violato huic satisfaciat, vocatur ANDROLEPSIA (Viricapio). *Genti laesae in laedentem competit ius repressaliarum et androlepsiae, si medium lenius ad ius suum consequendum non sufficit*, §. 259, I. 25

1. Nic. Cho. Lynckeri diss. *de iure repressaliarum Iurisque Gentium* et *Civilis* qua illud *convenientia* et *disconvenientia*, Ien. 1691. rec. Ien. 1747.

2. Lud. Mart. Kahlii commentatio de *iustis repressaliarum limitibus tum a gentibus tum a statibus S. I. R. observandis*, Gotting. 1746. 4.

§. 261. 30

Retorqueo ius, si, quo iure sibi viso quis erga me utitur, eodem et ego erga illum utor, seu si, quam quis actionem erga me exercet tamquam iustam, eandem et ego deinceps erga illum exerceo. *Naturaliter* cuique *competit ius, retorquendi ius contra alterum*, §. 72, I. Quamobrem non tantum, si quis officium aliquod caritatis alteri denegat, huic ius est, idem isti alteri vicissim denegandi, 35 [237] qualis retorsio vocatur RETORSIO IURIS INIQUI (molesti); sed etiam si

*Zu § 261 „retorsio iuris iniusti“:* z. E. Das Strandrecht
*Ferner:* par pari referre
omnis actio iniusta est, quae [est] fit per maximam necessario dissimulandam. Maximae debent esse ($^g$ publice) profitendae (propatulae apertae, retectae).
5

**7515.** *κ—λ. J 238. Zu § 262 „Privatum“:*
civile
*Zum Anfang von Absatz 2:* Si sit commercium inter duas gentes dissolutum, non ideo est bellum.

10 2 par — referre *Phase: χ—ψ.*

quis officium aliquod necessitatis alteri denegat, huic ius est idem eidem vicissim denegandi, quae retorsio appellari potest RETORSIO IURIS INIUSTI, iuris scilicet spurii, quod ius esse falso contenditur. Atque hoc *ius retorquendi ius iniustum referendum est ad iura laesi in laedentem*, quippe denegatio officii ne-
15 cessitatis ad laesiones pertinet.

Quamobrem et *genti competit ius retorsionis* in gentem aliam, §. 210. Hinc *quod ius*, seu *molestum seu iniustum*, *gens* quaedam *statuit in cives alterius gentis; eodem iure et haec gens uti in cives alterius gentis potest.* Speciatim vero ad iura gentis laesae referendum etiam est ius retorquendi ius iniustum.

20 1. Car. Otton. RECHENBERGII *vindiciae iurium reipublicae et fisci in doctrina retorsionis*, Lips. 1726. 4.

2. Ioh. Godofr. BAUERI meditationes *de vero fundamento, quo inter civitates nititur retorsio iuris*, Lips. 1740. 4.

[238] §. 262.

25 Bellum, quod inter gentes geritur, vocatur BELLUM PUBLICUM; quod inter privatos proprio nomine, PRIVATUM; quod denique una ex parte est publicum ex altera privatum, MIXTUM est. *Genti laesae competit ius belli publici, quatenus ius suum aliter consequi non potest*, §. 259, I.

*Bellum publicum* a *repressaliis*, *retorsione iuris iniusti* et similibus actibus vi-
30 olentis et facti viis, *gradu distat*, ita scilicet uti a gradu minori gradus specie maximus: quippe bellum non restringitur ad certos tantum violentiae actus, sed involvit propositum, alteri *omnem*, *quanta opus fuerit*, *vim inferendi.*

1. Steph. WAGA diss. *de iis, quibus ius belligerandi competit*, Vitemb. 1739.

§. 263.

35 Quoniam laesio est causa iustifica belli, tanquam medii ad ius suum tuendum necessarii, sive laesio sit illata, sive actu inferatur, sive immineat; *bellum*

***7516.*** *ϰ—λ? ϱ? J 240. Zu § 266 Schluss: „fieri tamen talis potest“ etc.*

Dieses will anzeigen, daß der, so andre unterdrüken will, nur durch seine Unbehutsamkeit unrecht hat, seinen bösen Willen früher zu entdeken, als er zur Reife gekommen. 5

---

gentis contra gentem *iustum est* [239] *intuitu finis, cuius finis est, indemnitas, defensio* vel *securitas sua*, §. 267, I.

1. Ioh. Petr. Ludewig diss. *de iuris Gentium laesione*, Halae 1741.

§. 264.

Et cum laesio sit unica belli causa iustifica: *iniustum est bellum, quod geritur* 10 *ex sola utilitate*, et ex *solis rationibus suasoriis*, utpote quae ab utilitate desumuntur; vel *ad permovendam aliam gentem, ut nostram religionem amplectatur.* Hinc etiam *ob idololatriam, atheismum aliaque in Deum crimina genti inferre bellum*, quod *bellum punitivum* vocant, *nefas est.*

1. Ernest. Cho. Arnoldi diss. *de iure convenientiae quoad Ius Privatum* 15 *et Publicum*, Giess. 1742.

2. Ioh. Schmidt diss. *de bello punitivo*, Lips. 1714.

§. 265.

Quamobrem *nec potentia crescens* et *praepotentia gentis per se sunt causae belli iustificae: per accidens* tamen tales *evadere possunt, si cum laesione imminente* 20 *fuerint coniunctae:* [240] qualis potentia crescens et praepotentia vocari solet tremenda. Atque *hoc* quidem *ex factis est colligendum*, si ex. gr. gens gentem vicinam iniustis armis lacessit vel opprimit. Itaque *adversus gentem, cuius potentia crescens* vel *praepotentia est tremenda, ad avertendam laesionem* et *securitatem in futurum sibi asserendam arma capere licet*, §. 263. 25

§. 266.

Aequilibrium inter gentes est ille plurium gentium status relativus, quo praepotentiae unius vel quarundam potentiae coniunctae aliarum coniuncta potentia est aequalis. Itaque *aequilibrii inter gentes conservatio per se causa belli iustifica non est; fieri tamen talis potest, si gentis unius* vel *plurium coniuncta prae-* 30 *potentia manifesto proposito contendat ad alias gentes subiugandas*, vel *ad earum securitatem iniustis armis turbandam, §. praec.* Atque eatenus ad aequilibrium inter gentes tuendum licent, quae contra gentis praepotentiam tremendam licere ostendimus, §. *praec.*

1. Ioh. Georg. Neureuteri diss. Iur. Natur. *de iustis aequilibrii finibus*, 35 Mogunt. 1746.

***7517.*** *κ—μ? J 243. Zu § 270 „ad solvendas impensas“:*
poena

---

[241] §. 267.

Actus, quo gens genti expresse declarat, se ius suum adversus ipsam bello
5 persequi velle, est BELLI publici DENUNTIATIO (belli indictio). Quoniam ad belli publici iustitiam sufficit, quod gens sit laesa, et äliter quam bello ius suum consequi non possit, §. 262: *indictio belli*, sive per legatum seu per praeconem seu scripto facienda, *necessaria non est*, ita scilicet, ut bellum sine praevia denuntiatione illatum ea propter simpliciter iniustum praedicari debeat.

10 1. Ioh. Iac. MULLERI diss. *de iure Feciali*, Ien. 1693.

2. Ioh. Conr. LOEHE diss. *de indictione belli*, Altorf. 1754.

§. 268.

In bello publico gens gentis est hostis: hinc *omnes et singuli cives et subditi utriusque partis belligerantis sunt* hostes erga se invicem et *personae hostiles;* res
15 vero *omnes, quae ad gentes belligerantes earumque cives et subditos* [242] *singulos pertinent, totumque* earundem *territorium* sunt *res hostiles.*

Actus, quo summus imperans subditis suis vel etiam aliis gentibus expresse declärat, se contra certam gentem bellum suscepisse, est BELLI publici PUBLICATIO. Unde facile liquet, *publicatione belli subditis facienda utique opus esse.*
20 Quod *pro datis* quidem *circumstantiis* etiam *de publicatione belli, aliis gentibus facienda, valet.*

§. 269.

Cum gens sit persona libera; *genti in bello iusto ius competit in omnia media coactiva, sine quibus ius suum consequit, nequit*, §. 259, I *hinc ius infinitum in gentem*
25 *laedentem*, §. 261, I, et *in dubio ipsius iudicio relinquendum, quid ad ius suum consequendum necessarium esse existimet*, §. 262, I.

§. 270.

Quamobrem *gens* in bello iusto *ius habet, tantam vim adhibendi, quanta sufficit ad su*[243]*perandam hostis iniusti resistentiam, ad eius vires imminuendas, ad ipsum*
30 *permovendum, ut a resistentia desistat, et bellum finiat.*

Porro, cum omne detrimentum, quod hosti iusto ex bello oritur, hosti iniusto imputari possit tamquam damnum ab ipso datum, ad quod resarciendum tenetur; consequenter *hostis iniustus teneatur ad res bello iniusto ablatas restituendas,* aut in subsidium *ad aestimationem praestandam, ad satisfaciendum de damno,* si
35 quod dedit, *irreparabili,* et *ad solvendas impensas* ab altero *in iustum bellum factas:* etiam *illa vis gentis* iuste belligerantis, *quae ad hoc consequendum est necessaria, iusta est.*

***7518.*** *κ? ρ?? J 246. Zu § 273 „direptio“:*
Plünderung

---

Atque *hoc ius perdurat*, ideoque *bellum continuare licet*, *donec* iustus belligerator *ius suum fuerit consecutus*, ideoque *donec pars advers aequas pacis condiciones offerat*, aut *oblatas acceptet*, in subsidium vero, donec prorsus *devictae pactum pacis extorqueatur.*

[244] §. 271.

Et cum *ad hos fines obtinendos* ius hostis iusti sit infinitum, §. 269; eatenus *omne medium nocendi iustum erit*, sive *manifestum* sive *occultum* fuerit, §. 262, I, *quocumque tempore* et *quocumque loco* inferatur, modo ius tertii non violetur. Et hinc *iusti erunt* omnes ACTUS BELLICI, hoc est quomodocumque belli causa suscepti, et omnes OPERATIONES BELLICAE, tales actus bellici, quibus hosti vel rebus eius vis actu infertur, vel vis inferenda aut arcenda propius praeparatur.

§. 272.

Itaque *in hanc finem genti iuste belligeranti ius competit, personas hostiles*, ad gentem nempe hostem iniustum pertinentes, *invadendi*, *capiendi*, et *resistentes interficiendi.*

Atque ideo ipsi etiam *licet uti dolo* (modo non in pactis adhibeatur, §. 179, I.), quo simulatio, dissimulatio, falsiloquium, insidiae, cet. pertinent; porro *uti veneno*, STRATEGEMATIS, quae sunt actus bellici improvisi, [245] tam in dolo quam in vi consistentes; EXPLORATORIBUS, qui clam commorantur apud hostem, ut inquirant et nuntient, quod de statu et proposito hostis nosse interest hostis alterius; et PERCUSSORIBUS, qui mercede conducti ex insidiis hostem interficiunt.

1. Ioh. Georg. SCHERTZII diss. *de dolo in hostem licito*, Argent. 1703.
2. Chr. Car. STEMPELII diss. *de stratagematibus bello licitis*, Vitemb. 1713.
3. Wilh. Hier. BRUCKNERI diss. *de exploratoribus*, Ien. 1700. rec. 1746.

§. 273.

Pariter *eo fine* et *in res hostiles* iusto belligeranti *ius patet;* ideoque ius, tum *vi aperta*, tum *dolo* atque *strategemate adhibito*, *eas in potestatem suam redigendi.* Unde intelligitur *quatenus licita sit* OCCUPATIO BELLICA, i. e. actus, quo hostis rem alterius hostis in potestatem suam redigit; rerum hostilium EREPTIO, quae strictius earum [246] ablationem violentam denotat; et speciatim DIREPTIO, rerum mobilium ex locis hostium, in quibus adservantur, ereptio, atque fortaliciorum *expugnatio;* immo etiam VASTATIO rerum hostilium, hoc est actus, quo ipsae corrumpuntur vel destruuntur.

Hinc tali belligeranti etiam *ius est, territorium hostile in potestatem redigendi;* atque ab hostibus devictis *operas aliasque praestationes* quae, quatenus in dando consistunt, *tributa militaria* vocari solent, *exigendi.*

***7519.*** *κ—λ? ν—φ? J 247. Zu § 274 Schluss:*
er muß versprechen, sich nicht zu empören.

---

***7520.*** *κ? ρ?? J 247. Zu § 275 „quae fert auxilium“:*
Wenn die Hülfe etwas allgemeines und bestimmtes ist, so kan sie
5 nicht als feindseeligkeit angesehen werden.

---

§. 274.

Et quia hostis iustus rerum hostilium in potestatem redactarum dominium adquirit, §. 266, I; *genti cedit, quidquid iusto bello occupat, eripit, diripit,* et omnis PRAEDA, quae consistit in rebus mobilibus hosti a militibus ablatis; unde et
10 *depraedationis* conceptus et iustitia patet.

Similiter et *in devictos atque captos hostes ipsi potest acquiri imperium pactione desuper sancita, cuistandum. Sola* quippe *victoria decidens* [247] et *captura hostis non sufficit ad adquirendum in ipsum imperium,* §. 72, immo *nec sola captivitas liberat ab hostilitate,* §. 304, I.

15 §. 275.

Porro cum genti iusto belligeranti iura hostis iusti omnia competant, §. 259; *genti in bello iusto* etiam *ius est, belli auxilia,* §. 274, I, *et socios quaerendi,* hinc *foedera belli pangendi,* §. 142. *Gens tertia, quae fert auxilium bellicum iusto belligeranti,* ipsa *evadit hostis iustus:* sin *belligeranti iniusto,* ipsa *tamquam hostis iniustus*
20 *est spectanda,* §. 274, I.

1. Henr. COCCEII diss. *de iure belli in amicos,* Francof. ad Viadr. 1697.

§. 276.

Ceterum cuilibet *genti* vi libertatis naturalis *permittendum, ut in bello aliarum gentium neutras partes sequatur,* ideoque cuilibet *competit ius neutralitatis,* §. 275, I.
25 Et cum talis gens sui sit domina territorii, in quod nemo sibi ius arrogare potest, §. 226; *nulli genti* quam[248]vis iuste belligeranti *licet, in territorio pacato,* hoc est in territorio gentis mediae *hostem suum persequi, aut res eius capere.*

1. Chri. Godofr. FRANCKENSTEINII diss. prior *de his, qui neutras in bello partes sequuntur,* Lips. 1687.

30 §. 277.

Quatenus in hostem iniustum omnia media coactiva licita, §. 269; *ius* etiam *est genti iuste belligeranti, quae ex pacto, ante bellum inito, hosti debet, ipsi non praestanti,* et *quae vitalis pacti praestitit, iterum eripiendi.* Atque ita *hostis iustus* et *gens in bello iusto naturaliter non tenetur pactis, cum hoste iniusto ante bellum ortum initis.*

*Quodsi* tamen *consenserint gentes*, *ut etiam in casum belli pactum aliquod valere debeat*, *valebit:* quippe tunc promittens renuntiavit in antecessum iuri suo, recedendi a pacto, quod ipsi exorto bello contra hostem iniustum aliquando competere posset; ideoque eidem stare obligabitur.

[249] §. 278. 5

PACTA BELLICA vocantur, quae inter belligerantes perdurante bello sanciuntur: ita nimirum, ut per ea bellum non finiatur. Cum pacta sint servanda, *pacta* etiam *bellica sunt adimplenda.* Et cum hostis, etiam iniustus, homo esse non desinat, iuriumque humanorum, hinc et iuris promissa acceptandi, particeps maneat; hostis vero, etiam iustus, quatenus quid hosti iniusto per pactum 10 promittit, iuri suo in hostem iniustum renuntiet, §. 277; porro pacta inter gentes maiori gradu inviolabilia sint et sancte habenda, gentisque genti data fides non fallenda, §. 239; immo si falleretur, pax ipsa, cuius tamen causa ius belli datur, vehementer retardaretur, bellumque sine necessitate ideoque sine iure protraheretur: *quidquid hosti*, *etiam iniusto*, *ab hoste*, *etiam iusto*, *pacto* ceteroquin valido 15 *promittitur: id ipsi est praestandum.* Atque haec obligatio corroboratur ex ea obligatione, qua singulis universi tenentur, ad bellum, tot calamitatibus funestum, quantocius finiendum, [250] pacemque almam quovis modo accelerandam, §. 91.

1. Ioh. Ioach. RANGONIS diss. *de fide bellica*, Lugd. Batav. 1694, auctior rec. Rostoch. 1698. 8. et Helmst. 1746. 4. 20

2. Iac. Aug. FRANCKENSTEINII oratio *de dolo in bellis illicito*, Lips. 1721. 4.

§. 279.

INDUTIAE sunt pactum bellicum, quo suspenduntur utrimque ad certum tempus omnes actus bellici. Quoniam intentio belligerantium in hac pactione 25 est, ut intra tempus conventum pars utraque ab omni vi sese abstineat, elapso autem hoc tempore hostilitatibus denuo utrimque locus sit: consequitur, ut *indutiae per tempus conventum et personis et rebus utriusque partis securitatem praestent*, atque *indutiis sancitis omnis vis bellica ad tempus cesset*, unde indutiae appellantur *pactum bellicum universale.* Nihilominus tamen *per* [251] *indutias bellum non finitur*, 30 etiamsi in longius tempus fuerint contractae.

1. Conr. Sam. SCHURZFLEISCHII diss. *de induciis*, Lips. 1668.

2. Ioh. STRAUCHII diss. quinque *de induciis bellicis*, cum aliis eius diss. Brunswig. 1662. 4. et seorsim Wittemb. 1668. 4.

§. 280. 35

Reliqua *pacta bellica* sunt *particularia*, quibus vis bellica quoad certas res, loca, personas, negotia aut prorsus tollitur aut ad tempus suspenditur. Pertinent huc pacta bellica, quibus *liber commeatus*, §. 251, conceditur, vel SALVA-GUARDIA, hoc est immunitas certarum personarum vel rerum a vi bellica; porro ARMI-

stitium, pactum, quo suspenduntur utrimque actus bellici ad certum negotium transitorium exsequendum, quod breviori tempore peragi potest; pactum deditionis, quo convenitur, ut certus locus hosti tradatur, vel ut certae personae se hosti tradant; *pactum* de *redimendis* aut *permutandis* utrim[252]que *cap-* 5 *tivis*, cuius species est *pactum* de lytro, quo convenitur de pretio, pro reddendis captivis solvendo. Quibus pactis omnibus eorumque condicionibus flandum.

§. 281.

Bello publico finem imponit *pactio pacis*, §. 304, I: quae pertinet ad pacta subiectionis, si gens devicta vi illius imperio victricis sese submittit, §. 98; sin 10 minus, est conventio gentis cum gente, consequentur *conventio publica*, §. 142, quo et referendum est *foedus inaequale*, pacto pacis stabilitum, §. 242.

*Pactio pacis*, quatenus nempe eius validitati nihil obstat, §. 168, I, *utrimque sancte servanda*, §. 239, tamquam *conventio aeterna*, §. 240; et cum pax rumpi dicatur, si pacis pactio non servetur, *pax non rumpenda.*

15 1. Andr. Eliae Rossmanni progr. *de exceptionibus Iuris Gentium in negotio pacis*, Halae 1738. 4.

[253] §. 282.

Quoniam belligerantes pace facta litem, quae causam belli dedit, mutuo consensu terminant; aut certe iuri, ius suum controversum vi armorum in fu- 20 turum persequendi, renuntiant; quippe alias non pax, sed indutiae essent pactae, §. 279; *pace facta, propter eandem causam atque litem, ob quam bellum hactenus gestum fuit, denuo bellum suscipere nefas est.*

§. 283.

Ceterum *lites gentium pleraque ius* vel quodammodo saltem *dubium*, etiam 25 probatione utrimque instituta, *complectuntur:* atque *eatenus* vi libertatis naturalis *utrique litigantium* tum *a parte adversa* tum *a reliquis* etiam *gentibus permittendum, ut suo stet iudicio*, §. 297, I; *tertiae* certe *genti nullum ius est, pro suo arbitrio decidendi aliarum gentium controversias*, §. 297, I.

[254] §. 284.

30 Atque ideo *lites gentium* pleraeque *non nisi mutuo litigantium consensu* terminari possunt: qualis deprehenditur in *amicabili compositione*, §. 298, I, *transactione*, §. 298, I, *laudo*, §. 299, I, *sorte*, 300, I; eumque in finem *legati mitti, congressus et tractatus institui, mediatores* etiam *et arbitratores adhiberi possunt*, §. 301, I.

35 §. 285.

*Quodsi in causa dubia gens altera offert placidum terminandae litis modum aequis condicionibus, altera vero consentire in oblata recusat; offerenti ius belli competit in partem adversam, ut ipsi in causa dubia vel saltem pro parte et aliquo modo satisfaciat*, ideoque *ius, partem adversam ad transactionem vi et bello compellendi*, §. 302, I.

§. 286.

Quoniam itaque pleraeque gentium lites, et hinc bella publica ex causa dubia exoriuntur, §. 283; praetereaque si inter gentes, iudicem [255] communem non agnoscentes, secundum leges Iuris Naturalis praecise determinandum esset, a cuius parte stet veritas in lite, et quantum ipsi tum ob ius suum in litem de- 5 ductum, tum ob bellum inde enatum debeatur, negotium exitum non haberet: *aliud* experientia teste *finiendae litis inter gentes belligerantes non reperitur medium, nisi ut, in dubio relicta, tum causarum belli tum factorum in bello utrimque perpetratorum, iustitia seu iniustitia, solo consensu mutuo rem conficiant.* Quamobrem omnis *pacis pactio*, qua conventio publica, *naturaliter per modum transactionis conclusa* 10 *intelligitur*, §. 298, I et §. 285.

§. 287.

Amnestia est iniuriarum utrimque factarum et acceptarum in sempiternum sancita oblivio. Cum gentes belligerantes facta pace ob eam causam, propter quam bellum gestum, bellum denuo suscipere nequeant, §. 282, immo 15 transigant de iniuriis, utrimque hactenus factis vel [256] acceptis, §. 286: liquet, *pactioni pacis naturaliter inesse amnestiam quoad actus externos.*

1. Henr. Cocceii diss. *de iure postliminii in pace et amnestia*, Heidelb. 1691, rec. Francof. ad Viadr. 1712.
2. Wolfg. Ehrenr. a Klüx diss. *de amnestia*, Lips. 1736. 20

§. 288.

*Si pace facta res quaedam alteri danda vel reddenda:* cum ex pacto statim incipiat ius acceptantis, §. 193, I; *res tradenda, qualis est tempore pacti sanciti*, ideoque *non licet eam deteriorare vel corrumpere, antequam tradatur.* Ergo eiusmodi *res* etiam *tradenda cum omnibus iuribus ei cohaerentibus*, et *cum omnibus fructibus* 25 *aliisque accessoriis a die pacti perfecti.*

# Reflexionen

zur

# Rechtsphilosophie.



## *Phase ι.*

### *Allgemeines.*

**7521.** *ι. J 1.*

Iudicium de iure cuiusdam alteri obligatorium est competens iudicium, competens ad effectum (ʼ iuris) sufficiens est validum.

Qvoniam in re [sua] propria iudicium neminis adversum alterum [sit] est competens neqve verum iudicium ad praestandum iuris effectum [sit] necessario sufficiat, [omnia iudi] omne ius in statu naturali est effectu vacuum. Caret enim iudicium qvodlibet effectu iuris, etiamsi comitatum sit vi sufficienti at non obligatoria. Ergo iudicia omnia in hoc statu sunt idealia.

Omnis obligatio valida nititur subiectione, nempe sub legibus cogentibus; ergo summus imperans valide non obligatur neqve delinqvere potest in subditum nec hic liberatur ullo modo delicto imperantis.

Pactum unionis civilis est pactum subiectionis, qvo actuatur status civilis, ideoque civis hoc pacto non acqvirit *bricht ab.*

---

### *Ius sociale universale in genere.*

*§ 1.*

**7522.** *ι. J 2.*

Qvidam statum socialem a statu societatis distingunt, priorem a statu solitudinis distingvendo et eum in relatione ad alios homines qvacumque ponendo.

Personae, qvatenus sunt concausae unius eiusdemque finis, sunt vel sibi [sub] qvoad causalitatem subordinatae vel coordinatae. Si prius una est causa principalis altera instrumentalis. Si posterius una est alterius causa socia sive Socius. Sociorum qva talium totum est Societas (materialiter spectata), nexus societas formaliter spectata.

Aus der definition der Gesellschaft erhellet schon, daß die Glieder der Gesellschaft müssen gleiche Rechte gegen einander haben, d. i. eines jeden Urtheil muß eben so viel Rechtskraft haben als das andere, imgleichen daß sie gleiche Gewalt haben müssen, einander zu zwingen. *J 3.* Zur Gleichheit gehöret eine gleichheit der Mittel, sein Recht zu persequiren. 5

---

***7523.*** *ι. J 2. Zu § 1:*

Status naturalis parum congrue opponitur sociali. Status enim naturalis potest esse vel solitudinis vel societatis, dummodo omnium actiones non habeant iudicem competentem nisi iudicium privatum.

---

***7524.*** *ι. J 3.* 10

Societas est totum personarum, [qvarum actiones iura reciproca] qvatenus [se obligarunt] obligatae sunt ad agendum secundum voluntatem communem.

Est itaque [voluntas] societas persona moralis. cuius voluntas complectitur voluntates omnium unitas et cuius vis omnium vires iunctas. 15

---

***7525.*** *ι. J 2.*

Consociatio est coniunctio plurium ad perseqvendum finem communem et perdurabilem. Unio inde profecta est societas.

---

## *De societate in genere.*
## *§ 2—21.* 20

***7526.*** *ι. J 3. Zu § 2:*

1. voluntas sola communis iure valida et cuiuslibet ius in omnes socios aeqvale per voluntatem communem et iudicium tantum competens societati.

2. vis omnium unita ad securitatem cuiusque juris praestandam. 25

---

***7527.*** *ι. J 7. Zu § 8:*

Auctor putat in trium societate ius et obligationem respectu societatis referri ad caeteros duos, qvod falsum, sed ad omnes tres. Ergo etiam in societate duorum diversa est relatio singuli adversus societatem, qvam qvae respicit socium. Qvanqvam in applicatione iuris in 30

societate duorum absit,* qvod aeqvilibrium et [voluntatis] iudicii et virium tollere possit. Hoc autem valet de omni numero pari

*es ist die Frage, ob, wenn von den Pflichten des Mitglieds gegen die Gesellschaft die Rede ist, das iudicium desjenigen, dessen Recht ge-
5 stritten wird, mit zu dem iudicio communi gehöre.

---

***7528.*** *ι—κ. J 7.*

Constitutiva societatis sunt socii.

Societas vel denotat totum sociorum [vel modum] ratione communi iunctorum qvae est finis, vel formam coniunctionis. Forma societatis
10 constat in subiectione voluntatum sub voluntate communi; igitur coordinantur subordinatio et consensus merus non est societas. essentiale, hic est, est cuiuslibet voluntas alium determinet non nisi per voluntatem communem et aeqvaliter.

---

*De societate aequali.*
15 *§ 22—31.*

***7529.*** *ι? κ? J 17. Zu § 26.*

Die societät kann vermittelst der Mehrheit der Stimmen [nicht] nur über allgemeine objecte beschließen; sie können nur aufs allgemeine gehen, daher sind es Gesetze.
20 (Das Gantze beschließt über das Gantze; allein das Gantze weniger ein theil ist nicht das Gantze).

Ein jeder muß eben dasselbe über alle beschließen, was alle über ihn, d. i. es ist ein Gesetz.

Beym votiren wird die societaet als eine Persohn und die Glieder
25 als besondere Willen und Neigungen derselben Person angesehen.

Man kan in der societaet entweder den socium als das accidens ansehen, was intro subsistirt, oder die societaet und einen socium, was nur im socio subsistirt.

---

***7530.*** *ι? κ—λ? J 18. Zu § 26 Schluss:*
30 Utrum aliqvis nonnisi voto proprio ad legem sed caeterorum omnium ad faciendum vel potiendum.

---

**27** *Nach* intro *noch ein zweisilbiges, unleserliches Wort; vielleicht gehört es auch mit* intro *zu einem einzigen Wort zusammen.*

***7531.*** *ι? υ—φ?? J 19. Zu § 28.*

Ob die Freyheit mehr eingeschränkt ist, wenn nur die unanimitas decidirt oder pluralitas; ienes sichert die Unabhängigkeit, d. i. negative Freyheit, dieses die Macht, positive freye Macht.

---

***7532.*** *ι? υ—φ?? J 19. Ferner:*

Ob ein Gesetz, wodurch man sich selbst die Freyheit der deliberation über die Freyheit raubt, nicht der Freyheit entgegen sey?

---

## *Ius publicum universale in genere.* *§ 88—111.*

***7533.*** *ι? ϰ?? J 75. Zu § 90 Anfang:*

et qvilibet [cives] subditus est in libertate non licentia naturali.

---

***7534.*** *ι? ϰ?? J 75. Zu § 91:*

Hominum in commercio positorum primaria obligatio est, ut sint in statu civili, hinc si nondum hic ortus sit, ut secundum regulas iuris actuent, si iam actu reperiatur, ne illam disrumpant. [Si nondum sit aliqvis status nulla obligatio] Ergo obligatio civilis et publica non est pactitia sed quomodocumque civitas sit orta et imperium necessario est indissolubilis, qvamqvam si fieri potest in melius mutabilis.

Vtrum itaque civitas orta sit pacto an vi quaestionem iuris nihil attinet. Neque [cadit pactum] licet subiectis obligationes suas conditionibus sancti adstringere, qvoniam iura omnia pendent a iudicio alterius.

---

***7535.*** *ι? ϰ?? J 75. Ferner:*

[pactum] contractus originarius utrum sit realis an idealis et utrum vi acqviratur ius imperandi.

---

***7536.*** *ι—ϰ. J 77. Zu § 94.*

Die öffentliche Person, die aus dem pacto civili entspringt, heißt der politische Körper, Republic. In demselben werden alle Glieder zusammen=

---

***17*** quomodocumque? || ***18*** melio? melius??

genommen betrachtet als bekleidet mit der obersten Gewalt, genannt Souverain, als regirt durch dessen Willen, der Staat. Ein iedes Glied [des Staats] der republic, als ein theil des Souverains, heißt Bürger, als ein theil des Staats, Unterthan. Die Glieder des Staats im Verhältnis 5 gegen einander, so ferne sie das subiect der association sind, heißen das Volk.

---

***7537.*** *ι—κ. J 77.*

Keiner unterwirft sich dem Andern sondern ein ieder dem Ganzen, d. i. er gehöret mit zur Einheit desselben.

---

10 ***7538.*** *ι—κ. J 78. Zu § 96:*

summum imperium transferri non potest sed, si occupetur, obligat.

*J 79. Zu § 97:*

[Summus iudex]

Imperans est, qvi leges fert; regens, qvi exseqvitur et penes pri-15 orem est voluntas irreprehensibilis, penes posteriorem vis irresistibilis.

lex, decrete, edicte.

Der Regent hat nicht die höchste Gewalt sondern den Theil derselben, den ihm der souverain verwilligt.

Die Gesetzgebung, Regirung und Gerichtshof.

20 Gesetzgeber, Regent* und richter; potestas legislatoria, rectoria et iudiciaria.

*(s als princeps ist er keines gewalt unterworfen und kann nicht unrecht thun, obzwar andre, die ihm gehorchen, unrecht thun können.)

*Zu § 97 „populus est imperans civilis“:*

25 non populus ut multitudo.

Rector, subordinatus est magistratus.

---

***7539.*** *ι? λ? J 84:*

Administratio est vel rectoria vel iudicatoria, prioris causae instrumentales immediatae dicuntur ministri, status mediata magistratus.

---

30 ***17*** Der Regent — *Schluss der Rfl. gehört verschiedenen Phasen an: κ—σ?*
***29*** mediata magistratus?

**7540.** *ι—κ. J 88.*

bona gehören allen, disiunctive zusammen genommen, und sind privata, nicht allen collective (^g copulative) zusammengenommen, und sind nicht publica. Der souverain ist eine idealische Person und hat kein Eigenthum. Die Gesetze der republic sind iuris non Ethicae nicht die größeste gemeinschaftliche Glückseeligkeit, sondern iedes besonderes recht gegen ieden andern soll unterstützt werden.

---

## *Ius belli gentium.*
## *§ 259—288.*

**7541.** *ι? κ—λ? J 249. Zu § 278:*

Die violatio iuris in genere distingvenda ab ea, qvae fit violando ius alterius. Causa (iuridice) est ius controversum. Quaedam tangunt causam generis humani. Qvaecumqve media iuris humani in genere irrita faciunt, pertinent ad causam generis humani ab universitate punienda; E. G. Promissio, fallax. Fit in praeiudicio generis humani. Ingratitudo qvaedam merentur animadversionem. Cuilibet incumbit omnem nexum arbitrarium cum tali tollere.

---

## *Phase κ.*

### *De societate in genere.*
### *§ 2—21.*

**7542.** *κ. J 7.*

5 Der Landesherr ist nicht befugt die Bürger zu Handlungen zu nöthigen, die dem bono communi gemäß seyn, sondern die gemeinschaftliche Gewalt dazu anzuwenden, daß der finis privatus eines jeden nicht gehindert werde.

---

**7543.** *κ? ρ—σ? J 7.*

10 Wenn die societät nur um des rechts willen errichtet ist, so geht ihr das privatwohl nichts an.

---

### *De societate aequali.*
### *§ 22—31.*

**7544.** *κ—λ? ι? J 14.*

15 Auctoritas est praerogativa* (ᵍ facultatis alios obligandi), arbitrii in obligandis aliis. (ˢ Je allgemeiner die Befugnis ist andre zu obligiren, je weniger bestimmt und restringirt diese Freyheit der Willkühr ist, desto größer ist die autoritaet. arbeiten, gehorchen, dienen, unterthan seyn.)

*(ᵍ obligantis, non obligandi per arbitrium alterius.)

---

20 **7545.** *κ—λ? υ—φ?? J 14. Zu § 22 „imperium“:*

Oberherschaft. Befehlshaber. Würde.

---

**16 ff.** *s-Zusatz: Phase λ?*

**7546.** *x—λ? ρ? ω?? J 14. Ferner:*

dessen bloßer Wille einen andern stricte obligirt, ist imperans.

---

**7547.** *x—λ? ι? J 14.*

[Superior est genus, inferior species]

Superior, cui est potestas leges ferendi, est imperans. Imperans non est socius; hic enim consocio perfecte est obligatus, qvoniam autem imperanti competit potestas legislatoria. omnis obligatio socialis pendet ab imperante, ergo hic sibimet ipsi esset iure obstrictus.

Potestas legislatoria societatis non potest residere nisi in voluntate communi.

Imperans itaque non est nisi societas.

Ius imputandi sibi valide leges, qvi alteri constituit, est subditus.

Societati non competit ius valide imputandi.

Si est societas duorum: utrique hoc ius competit.

Imputatio valida est decretum.

---

**7548.** *x—λ? ρ? J 15.*

Societas aeqvalis est, in qva non sunt obligationes (ᵒ affirmativae) nisi arbitrio contractae et media iuris utrinque aeqvalia.

Alle societas ist aeqvalis. Denn alle theile eines Ganzen sind einander coordinirt (das ist reciproce actio). Zu der unione voluntatum wird erfodert, daß ein jeder Wille ein Theil vom gesamten Willen sey und also ein jeder durch den Ganzen willen nur regirt wird, so fern er seinen eignen Willen mit der anderen ihrem Verbunden hat. Zwischen imperante und subdito ist keine societät.

---

**7549.** *x—λ? ρ? J 15.*

omnis societas qvoad potestatem est aeqvalis non qvoad usum.

---

**7550.** *x—λ? ρ? J 15.*

Societas aeqvalis est, qvae non tantum oritur ex arbitrio communi, sed cuius omnes actus non procedunt nisi secundum arbitrium commune.

---

*7551.* $\varkappa$—$\lambda$? $\varrho$? *J 16. Zu § 25.*

Pacta conventa leges constitutivae proficiscuntur ex unanimi consensu, qvoniam iis societas oritur. His positis societas sancit leges deliberativas e consensu plurium et constituit iudicem competentem,
5 cuius iudicia feriunt singulos et dicuntur decreta.

---

*7552.* $\varkappa$—$\lambda$? $\varrho$? *J 17.*

Vnanimi consensu muß beschlossen werden [welcher], ob und was consensu plurium könne beschlossen werden; d. i. leges constitutivae können nur unanimiter beschlossen werden, die leges executivae per maiora.

---

10 *7553.* $\varkappa$—$\lambda$? $\varrho$? *J 17.*

Voluntas societatis est vel publica vel privata; prior in socium indeterminate (in genere) posterior in socium determinate, h. e. in (specie) tendit. voluntas publica est legislatoria privata decretoria. In priori societas immediate, in posteriori casu non nisi mediate con-
15 cludit. Persona, cui a societate demandatum est voluntatem generalem applicandi, in individuo habet potestatem executoriam.

---

## *De societate inaequali.*
## *§ 32—40.*

*7554.* $\varkappa$—$\lambda$? $\iota$? *J 23.*

20 Praestationem [operae] facti alicuius petit, qvi actionem alicuius erga se non nisi titulo Ethico expectat, qui titulo iuris exigit, qui actionem ab aliqvo exigit, qvatenus ipsi hanc non determinate sed ut contentam sub genere actionem pro arbitrio ipsi determinare ius est imperat.

---

25 *7555.* $\varkappa$—$\lambda$? $\psi$?? *J 26. Auf dem unteren Blattrand:*

Cuius obligationes singulares (ᵍ sub certo genere contentae specifice) per arbitrium alicuius solum determinantur, est alteri subiectus, cui ius competit, alterum ad actiones (ᵍ sub certo genere contentas) pro arbitrio specifice obligare, est superior. Superior iubet. Superior, cuius

---

30 **16** est habet.

iussui in certo [genere actionum] statu ius suum opponere nefas est imperans, alter subditus.

---

**7556.** *κ—λ? ψ?? J 27.*

Imperans, cuius arbitrium omnimode obligat, est absolute imperans et ipsi subditus est: Unterthan, subiectus. Qvi ipse nullam sui obligationem agnoscit, est Despota et subditus despotae, cui nullum adversus imperantem ius, est servus. 5

---

**7557.** *κ—λ? σ?? J 26. Zu § 37.*

[Arb] Imperium [ad qvod refertur], cui respondet obedientia subditi mere passiva, est despoticum. Qvatenus potestas imperantis arbitrio subditi limitatur, est temperatum. 10

---

**7558.** *κ—λ? ρ—σ? J 26. Zu § 37.*

Utrum omnimode subiectus imperanti sit servus domini?

Nempe [subditus] imperans, qvatenus ipsius imperium legibus qvibusdam est adstrictum, quae conditionem obedientiae subditi constituunt, est Rector, non Dominus, et subditus parens proprie legibus, qvibus nititur potestas legislatoris, non dicitur servus. 15

---

**7559.** *κ? ρ? J 26. Auf dem oberen Blattrand:*

| | | |
|---|---|---|
| Gebieter — princeps | | Herr — dominus |
| subjectus est civis | | subjectus est servus Leibeigner 20 |
| Oberhaupt des Staats | oder | Eigenthumsherr |
| Das Staatsoberhaupt | | Staatseigenthümer |
| | | despot |

Er kann Beherrscher heissen, ohne Eigenthumsherr zu seyn, indem er der Schutzgeist des Eigenthums aller ist. 25

---

**7560.** *κ? ρ? J 26.*

Imperans, qvatenus est dominus*, est despota. Der Eigenthumsherr, der Unterthan.

*(g qvatenus non nisi pro arbitrio communi est princeps. Dominatrix potestas vel principatus.)

---

***7561.*** *κ—λ? ι?? J 26.*

Qvatenus [status subditorum pendet a lubitu imperantis] imperans de statu subditorum pro arbitrio suo disponere potest, hic est dominus.

---

***7562.*** *κ—λ? ρ?? J 26. In § 37:*

Imperium absqve consensu subditorum per se sufficiens sive imperium ex arbitrio privato est despoticum ex communi patrioticum. Da er den Staat beherrscht als eine familie. Alsdenn [sind die subditi] ist der Staat in ansehung der unterthanen ein Vaterland des imperantis; auctorität ist blos auf die Erhaltung aller Rechte eingeschränkt. Er schränkt seine Handlungen so ein, daß das imperium eben so perpetuum sey wie der Staat, d. i. so, daß die Regeln, welche die Staatverfassung (nicht Einrichtung) beständig machen, seinen Willen restringiren.

---

***7563.*** *κ—λ? ο? υ?? J 27. Auf dem oberen Blattrand:*

Die durch die condition der Dauerhaftigkeit des Staats und der Beständigkeit in den Regeln der Regirung restringirte Gewalt ist nicht limitirt, denn sie wird dadurch allererst rechtmäßig. (Die Ausnahmen von dem, was an sich selbst unrecht, d. i. moralisch Unding, seyn würde, ist keine Einschränkung sondern nur die festsetzung einer Regel.)

---

## *De matrimonio.*
## *§ 42—52.*

***7564.*** *κ—λ? ι?? J 30. Auf dem oberen Rand:*

Eine Societät ist legitima, wenn sie keines Rechte wiederstreitet; sie ist legal, wenn sie der Grund eines gegenseitigen Rechts der sociorum ist.

---

***1f.*** *Der g-Zusatz steht auf dem Innenrand von J 27.*
***7*** s. = sive?
***18*** sie dadurch || ***20*** *Schlussklammer fehlt.*
***25*** wenn der

Ob die scortatio oder concubinatus legitim sind iure naturae, darauf dient zur Antwort: ia, aber negative, d. i., sie sind möglich ohne das dadurch iemand unrecht geschieht, aber sie sind keine nexus legales.

Pactum sexuale semper est bilaterale, non temporarium sed perpetuum. 5

---

**7565.** *κ—λ? ι?? J 31. Auf dem unteren Rand:*

Die Nominal definition des matrimonii ist: est societas legitima maris et feminae, per qvam ipsis licet mutuo uti facultatibus et viribus sexualibus.

Die Real definition ist diejenige, welche die conditiones anzeigt, 10 unter welchen diese societas iure valida sey.

Si ius utendi facultatibus et viribus sexualibus non est mutuum, societas illa est concubinatus. Si plane non adest societas, perdurabilis est scortatio.

(ˢ Würde das Recht der Menschheit nicht die freyheit über seine 15 Persohn zu disponiren einschränken, so müste man einer Kuplerin zugestehen, die Persohn, die ihre Keuschheit verkauft hat, zu zwingen, contract zu halten.)

---

**7566.** *κ—λ? ι?? J 31. Auf dem oberen Rand:*

Jus nemini constitui potest in [statum] actiones, legibus Ethicis con- 20 trarie oppositas, sed in tales qvae illis privative oppositae sunt. Non consentire ad finem naturae est defectus moralis. Repugnare effectibus, qui constituunt finem naturalem actionum liberarum, est Vitium. Status, qvi cum vitio morali necessario iunctus, est illegitimus, qvi cum defectu morali non item. 25

(ᵍ Er handelt nach dem Gesetz der Natur intellectualiter obzwar nicht rationaliter.

Qvaeritur quidnam, hic sit iuris naturalis non Civilis nec Ethicae. Reqviritur, ut liberi procreandi sit certi patris absque legibus.)

---

**15ff.** *s-Zusatz: Phase μ—ο? υ—φ?* 30
**29** absque legibus??

**7567.** *κ—λ? ι?? J 31. Auf dem Aussenrand:*

Considerandus venit primo status consociationis maris et feminae, cuius finis est usus mutuus facultatum et virium sexualium, qvo non intenditur propagatio sobolis. Hic est licitus dummodo non impediat 5 consectaria, quae finis naturae cum tali commercio coniunxit. Si esset illicitus, foret etiam der ledige coelibatus.

(Secundo utrum [licitus sit] status talis natura non excludat alios ab eodem commercio). Secundo utrum societas illa necessario sit perpetua? Tertio utrum necessario excludat omnes alios extra societatem 10 perpetuam commercio illo usuris, h. e. utrum ius hoc sit alienabile sine status extinctione? Item utrum alieni concedi possit facultas moralis utendi commercio sexuali absque societate perpetua?

[Qvarto] utrum [sit] locatio, conductio [absque], an etiam pactum gratuitum de usu huius commercii concedendo possibile sit? Responsio: 15 concubitus naturalis dat ius societatis perpetuae et simul obligationem.

---

**7568.** *κ—λ. J 31.*

Man kann kein Recht aus dem Verwilligten Gebrauch seiner Zeugungsglieder an eine Person anderes Geschlechts erwerben als dadurch, daß man sich ein Recht constituiren läßt, den andern in Ansehung dieses Gebrauchs 20 sich beständig eigenthümlich zu haben. *J 30:* Hier deriviren sich die iura utendi a iure in re propria (societatis). Denn weil nach dem ersten Zwek der Natur die functiones sexuales auf die propagation und education abzielen, so haben sie es zum Vornemsten Gesetz, daß der Vater gewiß sey; daher kan eben dasselbe Weib nicht einigen gemein seyn; also ist das Recht 25 des Beyschlafs ein eigenthümlich Recht des Mannes.

---

**7569.** *κ—λ. J 30.*

Es kan etwas factum iniustum seyn respectu iuris naturalis in genere oder iniustum respectu iuris alicuius in specie, h. e. non delinqvitur in aliqvem in specie. Die Ursache ist, daß im ersten falle das mögliche 30 Recht der Menschen laedirt wird, d. i. gehindert wird, daß sie die iura naturalia erwerben können. Lügen.

---

**2** venit? || **14** R = Responsio?

**23** so haben es

**31** naturalia *nicht ganz sicher.*

**7570.** *κ—λ. J 31.*

Es frägt sich nicht, ob die Hurerey und das concubinat moralisch möglich sey, sondern ob es auch rechtskräftig werden kann. Nemlich ob iemand locatione conductione ein recht auf den concubitum oder eine deflorata durch den pactum ius alimentationis erwerben könne, oder pactum concubinatus iure validum sey. Responsio: Ich kan nicht sagen, uti partes de corpore suo disponunt ita ius est.

---

**7571.** *κ? μ—ο?? ν?? J 30.*

In ansehung der Geschlechtseigenschaften haben weder mas noch femina ius utendi re sua sondern nur ius alteri usum fructum concedendi. Die Ursache ist, weil die wesentliche (ᵍ Bedingung) der Gliedmaßen auf der Erhaltung der Art beruht, und er nicht dawieder handeln muß. Sie können nur in communione sich derselben bedienen. Man laedirt die Menschheit, wenn man wieder die Mittel ihrer Wesentlichen Zweke handelt aber nicht, wenn man solche nicht befördert. Denn diese hat sie aufs Belieben ankommen lassen und sich blos des instincts und nicht der Pflicht bedient. Man kan über sich selbst nicht per vagam libidinem disponiren.

(ˢ Dieses ist die einzige disposition über der Persohn eines andern, sonsten ist nur ein ius reale in Sachen. Das dominium reciprocum personae ist möglich, so daß niemand anderes über dem einen disponiren kann ohne consensu alterius. Unio perfecta.)

---

**7572.** *κ—λ? ρ? J 30.*

Von den Pactis, da jemand über seine Persohn zum Gebrauch des andern disponirt. Sie sind alle null und nichtig ausser das matrimonium; denn niemand ist sein eigen Eigenthum, weil er sonst, indem er über sich muß disponiren lassen, eine Sache und, indem er disponirt, eine Persohn. Wenn über ihm aber kann disponirt werden, so hat er keine iura. *J 31:* Weil wenn er über sich selbst disponirt (nicht blos über das seinige pertinens non adhaerens), so hat er auf seine Persöhnlichkeit renunciirt. Die renunciation aber kann kein actus iuridicus seyn, weil dazu eine person

---

***18ff.** Der s-Zusatz, wohl der Phase ρ angehörig, steht in § 41, während die eigentliche Rfl. sich auf dem Aussenrand neben diesem § befindet; ganz sicher ist seine Zugehörigkeit zu dem Voraufgehenden nicht.*

gehöret, also ꝛc ꝛc. Über das, worüber jemand disponiren kann, kann auch ein anderer ad satisfaciendum iuri suo disponiren, folglich eine persohn in Zahlung nehmen.

Das commercium sexuale ist unter keiner andern condition als des 5 matrimonii erlaubt. Wer von beyden theilen dem andern dieses ausschlägt, hat so zu sagen der conditioni tacitae des actus entgegengehandelt, oder vielmehr der dadurch leidet, kann den andern zur Ehe zwingen, weil aus einer natürlich unerlaubten Handlung man alle entspringende Schaden repariren und alles wieder der Natur gemäs einrichten muß.

---

10 **7573.** *x? μ—o? ν?? J 31.*

Pactum necessarium ex facto obligatorio ist das matrimonium.

---

**7574.** *x? μ—o? ν?? J 31.*

Est pactum naturalibus legibus restrictum, i. e. usus facultatum sexualium non est iuridice arbitrarium.

---

15 **7575.** *x—λ? ρ? J 30. Innenrand neben § 41:*

Pactum fornicationis, concubinatus sind null und nicht.

